SAGGIO

DI

CODICE DIPLOMATICO

FORMATO SULLE ANTICHE SCRITTURE DELL' ARCHIVIO DI STATO DI NAPOLI

PER

CAMILLO MINIERI RICCIO

SUPPLEMENTO

PARTE PRIMA

8 Giugno 880. Indizione 13ª — 26 Novembre 1299. Indizione 13ª

NAPOLI 1882

F. FURCHHEIM
LIBRAIO-EDITORE

Questo Supplemento sarà di tre parti. La prima di 123 interessantissime pergamene de' secoli IX. XI. XII. e XIII. principia col diploma dell' 8 giugno 880 di Carlo il Grosso, che conferma una concessione di Carlomanno, sul quale diploma fu foggiato quello riportato e dimostrato interpolato dal Muratori a p. 27-32 del vol. 3° delle sue Antiquitates Italicae medii oevi, *al quale seguono un diploma di Giordano Principe di Capua del 1° marzo 1084, una bolla di Papa Urbano II dell' 11 Ottobre 1098, un diploma del Conte Ruggiero del decembre 1093, altro di Riccardo Principe di Capua del 9 luglio 1094, altro greco-latino di Ruggiero Conte di Calabria e di Sicilia del giugno 1104, altro di Emma figliuola del detto Ruggiero del luglio 1119, due di re Ruggiero del giugno 1144 ed ottobre 1145, altro di re Guglielmo II detto il* Buono *del 16 aprile 1187, altro di Ugo di Macchia conte di Montescaglioso del luglio 1195, due dell' imperadore Federico II del 2 febbraio 1220 e del decembre 1234, tre di re Manfredi del 9 agosto 1257, del febbraio 1259, e del marzo 1265, tre d' Isolda figliuola del marchese Lancia del luglio e dell' agosto 1259, e del giugno 1261, dieci di Carlo I di Angiò, due di Roberto conte d'Artois balio del regno durante la prigionia di Carlo II, uno di Carlo Martello primogenito di questo sovrano, e 85 del predetto Carlo II di Angiò, che terminano coll' anno 1299.*

La parte seconda conterrà 154 diplomi di Carlo II di Angiò, di re Roberto suo figliuolo e di Carlo Duca di Calabria, dall' anno 1300 al 1342.

E finalmente la terza parte sarà di altri 97 diplomi di Giovanna I, di Filippo di Angiò Imperadore di Costantinopoli, di Carlo III, di Margarita, di Ladislao, di Ludovico II di Angiò, di Giovanna II, di Ludovico III di Angiò, della regina Isabella sua madre, di Alfonso I di Aragona, e di Ferrante I di Aragona, dall' anno 1343 al 1465; di Ferdinando il Cattolico del 9 marzo 1506 e l' ultimo del vicerè Don Errico de Guzman Conte di Olivares del 28 marzo 1596; col quale terminerà il mio Saggio di Codice Diplomatico.

Napoli 31 Gennaio 1882.

I.

Anno 880. 8 Giugno 13ª Indizione.

Il re Carlo il Grosso conferma a Viubodo vescovo di Parma e ad Ammelrico suo nipote la concessione fatta loro da Carlomanno suo fratello, di una Corte posta nel contado di Modena e della cappella intitolata a S. Cesario.

Pergamena in quadro nella Sala Diplomatica dell'Archivio di Stato di Napoli.

In nomine Sanctae Et Individuae trinitatis Karolus divina favente Clementia rex: si fidelium nostrorum petitionibus pio affectu consulimus morem predecessorum nostrorum sequimur Et eos alacriores in nostrum reddimus servitium.

Igitur omnium fidelium nostrorum sanctae dei ecclesiae tam praesentium scilicet et futurorum comperiat sollertia quia viuhbodus vir venerabilis sanctae parmensis ecclesiae episcopus optulit ob tutibus nostris duo precepta in uno quidem continebatur inter cetera qualiter divae nemoriae Karlomannus rex germanus noster concesserat et perdonaverat eidem viuhbodi venerabili episcopo curtem unam sitam in comitatu mutinensi loco qui dicitur zena cum omnibus rebus et familiis ad eam pertinentibus vel aspicientibus in alio quoque praeceptum legebatur inter reliqua quatinus idem frater noster corroboraverat et confirmaverat capellam in honore sancti caesarii dedicatam cum omnibus adiacentiis et pertinentiis suis secundum firmitates quas decuteramo quondam comite in teuderico vasallo suo et de eodem teuderico in ipso viuhbodo episcopo advenerat. Super quibus rebus superius scriptas petiit nostram axcellentiam idem viuhbodus ut morem praedecessorum nostrorum sequentes ipsam curtem et capellam nostro denuo corroboraretur edicto. Cuius petitionibus aures nostrae clementiae acconmodantes iussimus eidem venerabili episcopo viuhbodo fideli nostro hoc nostrum conscribi praeceptum per quod corroboramus et in perpetuum concedimus praefato viuhbodo eiusque nepoti ammelrico predictam curtem que dicitur zena cum omnibus iacentiis et pertinentiis suis mobilibus et immobilibus seu dictam capellam superius nominatam in honore sancti caesarii constructam cum omnibus pertinentiis et adiacentiis suis secundum quod in ipsa praecepta continent et una cum ipsis praeceptis ut habeat teneat possideat et faciat quicquid decreverit tam ipsi quam et quibus ipsi dederit ex nostre plenissima largitate. Praecipientes ergo praecipimus et inter dicentes inter dicimus ut nullus dux comes vel ulla omnino tam magna quam parva persona contra hoc nostrae confirmationis vel concessionis praeceptum ire minui vel quoquo modo violare praesumat. Sed

liceat eidem viuhbodi et ammelrico vel cui ipsi dederit nostris et futuris temporibus suprascriptas res quiete semper habere et detinere absque ullius contradictione. Si quis vero quod minime credimus hanc nostram confirmationem vel concessionem irrumpere ex parte vel in toto temptaverit sciat se compositurum triginta libras auri purissimi medietatem palatio nostro et medietatem ipsi vihubodi vel cui ipse dederit quibus violentia inlata fuerit. Et ut haec nostra confirmatio vel concessio verius certiusque ab omnibus credatur et diligentius observetur manu propria subter firmavimus et anulo nostro sigillari iussimus Signum domni Karoli serenissimi regis.

R K S L

Inquirinus notarius ad vicem liutvvardi archicancellarii recognovit: etc. (1).

Data VI idus ianuarii Anno incarnationis domini DCCC LXXX indictione XIII. Anno vero regni serenissimi regis Karoli. In francia iiij. in italia j. In dei nomine feliciter. Amen.

II.

Anno 1084. 1 Marzo 10ª Indizione — Capua

Giordano Principe di Capua dona ad Ugo Abate del monastero di S. Lorenzo di Aversa ed ai suoi successori in perpetuo quattro *pezze* di terra nel campo detto Caliano.

Pergamena esistente in quadro nella Sala Diplomatica dell'Archivio di Stato di Napoli.

✠ In Nomine domini Salvatoris Nostri Jhesu Christi Dei Eterni ✠ Jordanus divina ordinante providentia Capuanorum princeps petitioni dilecti nostri Abatis Ugonis Sancti Laurentii favemus. ✠

Notum sit omnibus sancte et catholice ecclesie filiis me quem ad hoc divina gratia promovit in principem et ecclesiarum defensor atque director existam ob amorem omnipotentis dei et salutem et redemptionem anime domini Riccardi patris mei et siedelsinde matris mee et ob indulgentiam delictorum meorum inpetranda interveniente Wdalno monacho dedisse concessisse monasterio beatissimi laurentii levite et martiris Christi cui dominus Ugo badinellus venerabilis abbas preesse videtur videlicet quatuor petias terre que sunt in campo caliani quarum una haec habet fines ex una parte est via puplica et aliquantulum terre quam modo residet laipertus filius Alerisii et aliquantulum

(1) Qui restano le orme del suggello circolare in cera che era attaccato una volta sulla pergamena che ora è consumata e rosa in quella parte. Forse, anzi con certezza è da ritenersi che su questo diploma siasi formato quel falso che il Muratori riportandolo a pag. 27-32 del vol. 3 delle sue *Antiquitates Italicae medii Aevi. Milano 1740 in fol.*, lo dimostra interpolato.

suprascripte petie terre ex alia parte est fossatum unde tempore iemis aqua decurrit et est inter hanc petiam terre et terram et silvam que dicitur traversa et aquam que vocatur barica ex uno capite est predicta terra et silva traversa ex alio capite est subscripta petia terre Alia petia terre est ibique et hos habet fines ex una parte est prescripta varica et aliquantulum prescripte petie terre ex alia parte est terra ecclesie sancti petri et terra capuanorum et terra quam dominatur modo Gilardus dicti monasterii dominus ex unoquoque capite est terra capuanorum ex alio capite est via puplica Tertia petia terre est ibique et hos habet fines ex una parte est via puplica et terra prescripte ecclesie sancti petri ex alia parte est terra et silva que dicitur ulmita. ex uno capite est predicta varica ex alio capite est medietas aprimi quia reliqua medietate coniuncta cum his terris prescripto monasterio do et Concedo. Quarta petia terre est ibique et hos habet fines ex una parte est ipsa medietas aplime ex alia parte est silva ulmita et alio capite est supra scripta petia terre ex alio capite est medietas terre ipsius aprimi et nominatur braczolum. Omnia prescripta do et concedo predicto monasterio sancti laurentii sito circa muros aversane urbis ad possessionem eius et dominationem et potestatem predicti domini Ugonis reverendissimi abbatis et successorum suorum et eorum quos ipsi preordinaverint qualiter suprascripta sunt et qualiter loffridus cognomine monachus ea tenuit et dominatus est remota omni molestatione mortalium omnium. Quod si quis diabolica suasione compulsus hanc dationem prescriptam atque concessionem violare irritamve facere presumpserit centum auri obtimi libras persolvat medietate meo palatio et medietate prescripto monasterio et predicto abbati suisque successoribus. Et soluta pena pretii hoc scriptum firmum et inviolabile maneat inperpetuum. Et ut firmius credatur et diligentius observetur manu mea subscripsi et meo sigillo feci sigillare. Signum Jordani gloriosi principis. Per iussionem predicte gloriose potestatis scripsi Ego cansolinus Judex In anno principatus ipsius vicesimo nono et vicesimo quarto anno ducatus eius Gaiete.

Datum in Kal. martias anno ab incarnatione domini nostri Jhesu Christi. M. octoagesimo septimo Scriptum Capue per decimam indictionem.

III.

Anno 1098. 11 Ottobre 7ª Indizione—Bari.

Il Pontefice Urbano II riceve sotto la protezione della Santa Sede la chiesa di S. Salvatore edificata da Emma e dal suo marito Pietro Marchiso presso la villa di S. Martino.

Archivio di Casa Ruffo Principe di Scilla n. antico 1. e n. nuovo 285 (1).

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Religiose Femine Domne Hemme. Salutem Et Apostolica Benedictionem.

Desiderium quod ad religiosum propositum et animarum salutem pertinere monstratur auctore deo sine aliqua est dilatione complendum. Proinde nos tuis filia in

(1) Il Marchese Francesco Ruffo de' Principi di Scilla, capitano di vascello ed aiutante di campo di S. M. Umberto I Re d'Italia, custode di questo Archivio di sua famiglia, gentilmente mi permise copiarmi questa pergamena ed altre, che possono interessare la storia.

Christo Hemma precibus aurem nostrae benignitatis accommodamus et Santi salvatoris ecclesiam quam una cum viro tuo nobilis memoriae Petro Marchiso iuxta villam quae Sancti martini dicitur: pro animarum vestrarum salute edificare curasti subtutelam et protectionem apostolicae Sedis accepimus et decreti presentis auctoritate munimus. Statuimus enim ut quaecunque dona quascunque possessiones eidem ecclesiae nobilis vir tuus supra nominatus una tecum obtulisse cognoscitur firma semper et illibata permaneant. Decimas quoque quas eidem ecclesiae de terris potestatis vestrae contribuere soletis ! sive decalabriae sive desiciliae oppidis. nos clericorum illic domino servientium usui necessitatique concedimus. salvis decetero sancti petri ecclesiae privilegiis. decuius diocesi ipsarum desicilia decimarum pars maior existit. Quicquid preterea in futurum eadem ecclesia concessione pontificum liberalitate principum vel oblatione fidelium iuste atque canonice poterit adipisci. clericorum et pauperum usibus profuturum perpetuo illic conservari presentis paginae auctoritate sancimus. Adhec adicientes decernimus utnulli omnino hominum liceat eandem ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere. minuere vel temerariis vexationibus fatigare. sed omnia integre conserventur eorum pro quorum sustentatione acgubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura salva oppidensis episcopi in cuius diocesi ecclesia ipsa sita est canonica reverentia. Siquis igitur incrastinum archiepiscopus aut episcopus aut cuiuslibet dignitatis vir hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit. secundo terciove commonitus sinonsatisfactione congrua emendaverit potestatis honorisque sui dignitate careat reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. atque asacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri ihesuchristi alienus fiat. Etinextremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eiden loco iusta servantibus sitpax domini nostri ihesuchristi. Quatinus ethic fructum bonae actionis percipiant. etapud districtum iudicem premia eternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Datum Bari per manum Johannis Sanctae romanae ecclesiae diaconi cardinalis. VI idus octobris Indictione VII^{a} Incarnationis dominicae anno M^{o} XC^{o} VIII. anno pontificatus domini Urbani Secundi pape XI^{o}

IV.

Anno 1093. Decembre 1^{a} Indizione — Siracusa.

Il Conte Ruggiero assegna la Diocesi, che qui si chiama Parrocchia, alla Cattedrale di Siracusa.

Scritture pertinenti alla Giunta di Sicilia in Napoli: fascio 132 col titolo Sicilia novembre e decembre 1778. *Nell' Archivio di Stato di Napoli.*

In Nomine Eterni et Salvatoris Jesu Christi: Amen. Ego Rogerius Calabriae et Siciliae Comes divino munitus praesidio, gladio supernae gratiae cinctus, galea et scuto bonae et laudandae intentionis adornatus, Siciliam petii contra nefandam Saracenorum feritatem pugnaturus, quos septiformi conciliante gratia, quin imo omnia efficiente gratia divina et misericordia expugnavi et expugnans eorum superbiam et inimicos nostrae fidei instantem audaciam minoravi et ut verius loquar ad nihilum redegi; quis

enim visa Castellorum et Civitatum earum ampla et diffusa ruina et Palatiorum suorum studio miserabili compositorum ingenti destructione percognita, Saracenorum quorum usibus superfluis hec omnia deserviebant, incommoditates non attendat esse multiplices, miserias magnas et detrimenta innumerabilia? Horum igitur potentia, horum contra Cristicolas vehementi insania potentialiter annichilata, et tota Sicilia mihi et meis obediente et imperante per omne ego Rogerius predictus Comes anno MLXXXXIII ab Incarnatione domini nostri Jesu Christi Urbano II Apostolice Sedis Presidente in acquisita Sicilia Episcopales Sedes ordinavi, quarum una est Syracusana Ecclesia cuius Episcopus est Frater Rogerius, cui in Parochia assigno quidquid infra fines subscriptos continetur videlicet a Castrolimpidos usque ad flumen falsum ubi in mare defluit et sicut ostendit supra intra divisiones Castrijoannis et Anaer indeque tendens ad Mauraneum ascendit ad flumen Cathoelfar et vadit inde ad Pontem ferreum, tendens Hucthachayu, quod vadit ad flumen Paternione Hatenius et sicut hoc flumen currit in mare, inde per maritimam usque Syracusas et a Syracusis usque ad castrum limpiados, quod est Catha, ubi coepit ista divisio, infra quas divisiones Syracusa est cum omnibus pertinentiis suis Lentina, Notha, Pantegra, Cassibula, Bizinas, Essina, Caltaelfar, Lespexa, Isbarha, Modica, Sicla, Anaez, Butera cum omnibus pertinentiis suis et alia Castella et Casalia que infra predictos terminos aedificata sunt et aedificabuntur, sive mansiuncule sint, seu magnae sive modicae, vel monasteria, vel Ecclesiae vel Cappellae cum omnibus decimis quaecumque fuerint in proprietate Rogerii Episcopi et aliorum successorum suorum post eum venientium Episcoporum. Horum vero omnium si aliquis aliqua predictæ Ecclesiae et Episcopo abstulerit vel iniuste retinuerit qualiscumque persona fuerit anathemate damnetur. Ut haec igitur nostre Concessionis devotio in perpetuum robur obtineat firmitatis, presens Privilegium eidem Episcopo vel sue Syracusanae Ecclesie fieri feci mea solita bulla plumbea communitum. Datum in Civitate Syracurarum per manus Roberti Cappellani et Cancellarii nostri anno Dominicae Incarnationis MLXXXXIII mense decembris I: Indictione (1).

V.

Anno 1094. 9 Luglio 2ª Indizione — Capua.

Riccardo principe di Capua dona a Pietro Vulcaro ed al chierico Gustabile il corso delle acque del fiume Volturno.

Archivio di Stato di Napoli: Pergamene di Capua fascio 1.

✠ Nos secundus Richardus divina ordinante clementia Capuanorum princeps. Per interventum Landulfi cognomine Aloare nostri dilecti fidelis. Vobis Petro filio cuiusdam Petri Johannis vulcari. et Gustabili clerici filio cuiusdam Gustabili diaconi fidelibus nostris. abitatoribus huius nostre Capuane Civitatis nec non et vestris heredibus in

---

(1) Questo diploma non potè mai vederlo Rocco Pirro, come egli stesso nella sua *Syracusanae Ecclesiae Notitia II. Lib. III* lo dice così: « Hanc igitur Syracusanam Ecclesiam D. Mariae sacram, cuius dedicatio 20 de- « cembris celebratur, restituit, multisque praesidiis auxit, et predictum Rogerium illi praefecit Praesulem Rogerius « primus Si omes; sed diploma adhu invenire non potui. Episcopum consecravit Urbanus II Pont. Max. »

perpetuum Damus Concedimus et Confirmamus totum cursum aque videlicet fluminis quod vocatur Vulturnus cum ripis eius excavataque parte quantum nostre parti rei publice pertinere videtur qui cursus vadit iuxta ipsum flumen per latitudinem. terra Sikeltrude uxori tue prenominati Petri et terra que nunc tu possides per cartulam Infiduciationis tibi facta Alando Clerico filio cuiusdam Joannis clerici et quantum vadit terra puelle Gemma nomine filia cuiusdam Johannis nepta tua prenominati Gustabili clerici que sunt insimul iuncte iuxta prescriptum flumen que terre insimul iuncte sunt prope hanc nostram Capuanam prenominatam civitatem videlicet parvo longe ab Ecclesia S. Anelli et hos habent fines. Ab uno latere et ab uno capite est fine terra prescripte ecclesie. Ab alio latere est fine terra Johannis cognomine De Calinola. Ab alio vero Capite est fine prescripto flumine et per hanc terram decurrit via publica que ducitur acastello Maris et ab aliis plurimis partibus Capua. Prescriptus cursus aque fluminis vobis prenominati Petro et Gustabili clerici vestrisque heredibus damus concedimus et confirmamus cum viis in eo intrandi et exeundi. et potestatem et licentiam habeatis vos et vestros heredes faciendi in eo et de eo quiquid vobis..... placuerit.

Remota omni contrarietate et molestatione omnium mortalium personarum. Quod si quis huius nostre dationis concessionis et confirmationis pagina contemptor aut violator esse presumpserit decem libras auri purissimi Solvat. Medietatem nostro Sacro palatio et medietatem vobis prescripti Petro et Gustabili clerici vestrisque heredibus. Solutaque pena librarum. hoc scriptum cum omnibus que continet firmum munitum atque inviolabile maneat in perpetuum. Et ut hoc scriptum credatur et diligentius ab omnibus observetur. anulo nostro iussimus impressione sigillari.

Datum Capua nono die intrantis huius mensis Julii per indictionem Secundam.

VI.

Anno 1104. Giugno. 12ª Indizione.

Ruggiero Conte di Calabria e di Sicilia dona alcuni beni al monastero di S. Pancrazio nella terra di Scilla.

Pergamena dell'Archivio di Casa Ruffo Principi di Scilla.

Σιγίλλιον γενομενον παρ' εμου ρωκερίου μεγάλου κόμητος καλαυρίας καὶ σικελίας καὶ επιδοθὲν τῆ ευαγεστάτη μονῆ τοῦ ἁγίου παγκρατιου τῆς σκυλλης. Ἐπειδήπερ οἱ τοῖς ἱεροῖς τοποῖς καὶ ἀνδράσι Θεῷ υπηρετοῦσεν εὐσπλάχνω φιλανθρώπω τέ καὶ ἱλαρῶ προβλέποντες ὀμματι ὅσον εις τὸν τοῦ παρόντος βίου δρόμον ἑαυτοῖς εἰς δόξαν καὶ ὕψωσιν προβλεπουσι καὶ εις τὸν μέλλοντα σωτηρίαν αἰωνίαν ἑαυτοῖς προξενοῦσι· τὴν τοῦ ἁγίου παγκρατίου της σκύλλης μονὴν, ἣν ὁ ἡμέτερος πιστοτατος νικόλαος καπριλινγγας νεωστὶ ἐκ βάθρου ἀνήγειρε πολλὴν ἀπορίαν ἔχουσαν, οὔτε χωραν προς τὴν τῶν ἐν αυτῆ μο-

Sigillum factum a me Rogerio magno comite Calabriae et Siciliae et traditum sanctissimo monasterio sancti Pancratii Scyllae. Quoniam qui sacra loca et viros Deo inservientes misericordi, humano et hilari oculo intuentur, quantum attinet ad praesentis vitae curriculum suae gloriae et exaltationi prospiciunt, et in futurum tempus aeternam salutem sibi comparant. nos videntes monasterium sancti Pancratii scyllae, quod fidelissimus noster Nicolaus Caprilingas noviter a fundamentis extruxit in multis angustiis versari, neque terram habere

ναχῶν τροφὴν, καὶ αὐτάρκη διοικησιν ἐστὶ, καὶ καταμαθόντες ἀκριβείαν ἐπαινετὴν πολιτείαν ταῦ κυραῦ βαρθολομέου τιμιωτάτου καθηγουμένου τῆς σεβασμίας αὐτης μονῆς, καὶ τῶν ἐκεῖσε Θεῷ δουλευόντων ἀδελφῶν, ὑπὲρ ψυχικῆς ἡμῶν σωτηρίας ἐκ τῶν ἀγαθῶν τοῦ ἡμετέρου κράτεως δέον ᾠήθειμεν ἐυεργετῆσαι. Διὸ δωρούμεδα αὐτῆ τῆ ῥηθείση ἡμετέρα ἁγία μονῆ ταὔτην τήν διακράτησιν, ὡς ἀνέρχεται ὁ ρυαξ τοῦ παχιλέου ἕως εἰς την βίγλαν καὶ ἀποδιδοῖ εἰς τὴν βασιλεικὴν ὁδὸν κακεῖθεν τὴν ὁδὸν ὁδὸν ἀνέρχεται εἰς τὴν σπήλιγγαν τῆς λάμιας καὶ κατέρχεται εἰς τον ποταμὸν κακεῖθεν τὸν ποταμὸν ποταμὸν καὶ άποδιδοῖ είς τὸ ῥυζάρμενον, καὶ ἀνέρΧεται τό ἀμφὶ κρημνην αμφϊ κρημνην εἰς τὴν οδὸν, ἕως εἰς τὴν θαλασσαν κἀκκεῖθεν τὴν θάλασσαν θάλασσαν ἕως είς τὸν αὐτόν ῥυάκιον, ὅθεν καὶ τήν ἔναρξιν ἐποιήσαμεν καί συγκλείει. δωροῦμεθα δέ καί τὴν τά δίκαια τῆς θαλάσσης, θέλομεν δὲ καί ἵνα ὁ αὐτος τιμιώτατος καθηγοῦμενος κῦρις βαρθολομέος καὶ οἱ μέτ' αὐτον ἔχωσιν ἄδιαν εγκατοικίσαι ἀνθρώπους εν τῷ αὐτῷ κράτει ελευθέρους παντελευθέρους μόνον δουλεύοντες τῆ αὐτῆ ἁγία μονῆ, καί πάσας τάς γογγύσεις καὶ δυσπραγίας αὐτῶν πνευματικάς τε καὶ προσκαιρίας ἀκοῦσαι, καί δικαίως ἀνακρίναι. Δωρούμεθα δε καὶ χωράφια ἐν τῆ διακρατει μεσσάνων μόδια μεγάλα ἑξηκοντα εἰς διαφορους τόπους καθὼς δηλοῦνται ὧδε ἤγουν τοῦ πέντε δακτιλᾶ καί τῆς ἀρκαινας ἅπερ ὑπάρχουσιν ἐν τῆ κατουνα. Καὶ τοῦ φουρνῆ, καὶ τα τοῦ σκούνδουπα καὶ ἐπὶ τό τοῦ ἀτζουπᾶ ἕτερον χωράφιον ἀντι συνορον. Καὶ τό ταῦ βαρυαρου. καὶ τὰ τοῦ σκορδιλου εἰς τὸ ἡλακάτην, ὁμοίως τὰ χωράφια ἅπερ ἐκράτει ὁ ζώστης. Καὶ τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος θεοδώρου πενταπολίτα. τὸν ὄντα ἐπὶ τον πεντεδάκτυλου μετὰ καὶ τοῦ χωράφίου τῆς σαγίττας. καὶ τοῦ κιονίου· ὁμοίως καὶ χωραφια σπόριμα εἰς τά εκλλησιακά ζευγαρίων δῦω στέργομεν δὲ καὶ δωρούμεθα τὸν ναὸν τῆς υπεραγίας θεοτοκοῦ ἐν τῆ νήσω σικελίας ἔνθεν τῶν ῥημάτων ὃς καλεῖται τὸ βεργάριον εἰς μετόχιον τῆς προρηθείσης μονῆς ὅλως εξολοκλήρου, μετὰ πάσης τῆς διακρατήσεως αὐτοῦ, καὶ διαφερόντων ἀυτῶ δικαιωμάτων ὀρῶν, αμπελώνων προνομίων, νομῆς ὑδάτων καὶ λοιπῶν αὐτουργιῶν· ὁμοίως καὶ τά χωράφια τοῦ περὶ βολίου τὰ εἰς τὰ παντάνα σπόριμα ζευγαρίων τριῶν

ad nutriendos in eo monachos, et satis amplum spatium quod illi incolerent, et Scientes iustam et laudabilem vitam domini Bartholomaei quovis honore dignissimi abatis venerabilis ipsius monasterii, et fratrum ibidem des inservientium, pro salute animae nostrae nostri dominii praediis beneficiis afficiendum, uti decet, censuimus. Quare donamus ipsi dicto nostro sancto monasterio haec bona, ut incipit fluentum pachileum usque ad biglam, et tangunt viam regiam, et inde procedentia iuxta viam adscendunt ad speluncam lamiae, et descendunt ad flumen, et inde procedentia iuxta flumen tangunt ad Rizarmenum, et adscendunt iuxta praeruptum locum apud viam usque ad mare, et inde procedentia iuxta mare ad idem fluentum unde et initium fecimus, et clauduntur: donamus insuper etiam iura maris, et volumus quaque ut idem honorabilissimus abbas dominus Bartholomaeus et successores eius potestatem habeant in ipsa dominio constituendi ad inhabitandum homines liberos prorsus liberos, inservientes tantum eidem sancto monesterio, qui audiant omnes querelas et miserias eorum tum spirituales tum temporales et eas diiudicent. Donamus insuper etiam praedia in tenimento Messanae quae habent modia sexaginta in diversis locis, ut hic indicantur, nempe, praedia Pentedactili et Arcaenae, quae sunt Catunae, nec non praedia Furni et scundupi, et in tenimento Atzupi aliud praedium pro confinio, et illud Barbare, et ea Scordili in loco dicto Elacate. Item praedia quae Zostes possidebat. Et templum sancti martyris Theodori Pentapolitae, quod extat ad Pentedactilum una cum praedio sagittae et Cionii; item et praedia seminatoria in pertinentiis ecclesiae duo jugerarum. Confirmamus vero et donamus templum sanctissimae Deiparae in insula Siciliae hinc Rematum, quod appellatur Bergarium, uti praedicto monasterio abnoxium integre et in totum cum universo suo tenimento et diversis juribus suis, montibus, vineis, pascuis jure aquarum et ceteris pertinentiis suis. Item et praedia circumiacentia, quae

αν τῇ αὐτῇ διακρατήσει ῥημάτων καί. το ὑδρόμυλον τὸ εἰς τὸν ποταμὸν τοῦ μουντοΦορτου· ταῦτα πάντα, ὡς εἴρηται καὶ ἀνθρώπους λέγομεν δή· Φίλιππον σπαθίτζην καὶ τοὺς παῖδας τοῦ πέτρου βουρδόυνης τόντε νικόλαον καφὸν. καὶ τοὺς παῖδας ἀρκουμάνου μελισσάρου, νικόλαον Φοκάν. λέων σγουρὸν. τοὺς παῖδας Φολομένης. τὸν παπᾶν νικητὴν. ἰωάννην χοιροβοσκόν τοὺς παῖδας τοῦ καλέ· Κώνσταν κορτελλάν. Φίλιππον βύζαριν. τοὺς παῖδας τοῦ μυλινάρι. κώνσταν μυρτιλλίτου. Και ἰωσὴΦ τζουκαλάν δωρούμεθα εἰς τὸ διηνεκὲς τῇ προρηθείσῃ τοῦ ἁγίου παγκρατίου τῆς σκύλλης μονῃ. παρακελεύομεν δὲ καὶ διὰ τοῦ παρόντος ἡμετέρου σιγιλλίου, ἵνα οπουδὰν ἐκπλεύσῃ ἢ καταντήσῃ τὸ τῆς ἡμετέρας μονῆς πλοῖον μὴ ἔχειν ἄδειαν τοὺς τὰ ἡμέτερα διηκόυντας, στρατηγοὺς τε λεγομεν βεσκομίτας... ομάρχας λιμενάρχας παραθαλασσίτας. καὶ λοιποὺς ὑποχειρίους ἡμῶν, ἐνάντιον τι ἢ βλάβην ἢ καινοτομίαν ἐν αὐτῷ ἐπαγαγεῖν ἢ δεκατιον, ἢ Φαλαγγάτικον ἢ ἀπαιτῆσαι ἢ δικαιον τί λιμενιάτικοῦ ἢ ἕτερα τινὰ συνήθεια ζητῆσαι ἢ ἀφελεῖν ἀπ᾽ αὐτοῦ, ἀλλ᾽ εἶναι αὐτὸ ἀνενόχλητον καὶ ἀκαινοτόμητον ἀπὸ πάσης συνηθείας καὶ ἐπηρήσεως. καὶ ζητήσεως. καὶ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ εὐτυχοῦς στόλου ἡμων ἔχειν τὴν αὐτην σφραγισθεῖσαν μονὴν ὑπὲρ τοῦ πλοίου αὐτης ναύτας δεκα ἀνενοχλήτους καὶ ἀνεμποδίστους καὶ μὴ ἐναντιουμένους παρ᾽ αὐτῶν τῶν προρηθέντων δουλευτῶν καὶ ὑποχειρίων ἡμῶν. Θέλομεν δὲ καὶ ταύτην τὴν προρηθεῖσαν ἡμητέραν ἁγίαν μονὴν ἐλεύθεραν εἶναι καὶ παντελευθέραν, μετὰ καὶ τῶν αὐτῆς μετοχίων καὶ ὑποστάσεων καὶ ἀνθρώπων αὐτης ἀπὸ πάσης δόσεως, καὶ ἀπαιτήσεως ἢ ἐνοχλήσεως καὶ ἀπὸ πάσης ἀγγαρείας καὶ παραγγαρείας, ξυλολασίας κτισματῶν καὶ ἀνακαινισματῶν κάστρων. καὶ ἁπλῶς ἀπὸ παντὸς προσώπου ἐκκλησιαστικοῦ καὶ κοσμηκοῦ. Καὶ ἔχειν ὁμοίως ἄδιαν νέμεσθαι τὰ ζῶα αὐτης εἰς τὴν ἅπασαν χώραν τοῦ ἡμετέρου κράτους ἀκωλύτως καὶ ανεμποδίστως. μὴ ἐνοχλούμενα ἢ ἐναντιούμενα ἢ ἀπαιτούμενα δικαιον νομῆς ἕνεκα παρά τινὰ τῶν ῥηθέντων ἡμετέρων ὀΦΦικιαλίων. Ἐι δὲ ποτε καιρῷ Φωραθῇ μεταβολὴν ἢ μετατροπὴν ἢ βλαβὴν τινὰ ἢ καινοτομίαν, ἢ ἐναντίωσιν κατὰ τῶν προρηθέντων οὕτω καλῶς στερχθέντων καὶ δωρηθέντων ἐπιχειρῆσαι ἔστω κεκατηραμένος παρὰ θεοῦ παντοκράτορος καὶ ἡ μερὶς αὐτοῦ

sunt in paludibus, seminatoria, jugerarum trium, in eodem tenimento Rematum, et molendinum in flumine Montisfortis. Haec omnia, uti dictum, et homines quos dicimus, id est, Philippum Spathizum et filios Petri Burdunes, et Nicolaum Cafum et filium Arcumani Melissari, Nicolaum Focam, Leonem Sgurum, filios Folumenae, Papam Nicetam, Joannem Chirovoscum, filios Cale, Constam Mirtilliti et Josephum Incalam, donamus in perpetuum praedicto monasterio sancti Pancratii Scyllae. Praecipimus autem per praesens nostrum sigillum ut ubicunque navigaverit vel apparere contigerit praedicti nostri monasterii navigium, non habeant potestatem officiales nostri, stratigoti videlicet, Uicomites, custodes maris, portulani, officiales littorales et ceteri nostri subiecti contrarietatem aliquam vel molestiam vel quidpiam novi inferendi, vel decimam vel falangaticum quaerendi, vel jus aliquod portus, vel quidpiam aliud consuetum, ab eo quaerendi vel auferendi, sit non turbatum et immune a quacunque consuetudine, oblatione et requisitione. Et tempore felicis nostri ab hac vita discessus habeat idem praedictum monasterium super navigium ipsius nautas decem sine molestia et impedimento et contrarietate praedictis intervenientibus et subditis nostris. Volumus autem hoc praedictum nostrum monasterium esse liberum et prorsus liberum cum ipsius quaque obnoxiis domibus et substantiis et hominibus ab omni tributo et vectigalium exactione et molestia, et omni angaria et parangaria, lignamine capiendi jure, extractione et reconstructione castrorum, et universim ab omni persona ecclesiastica et laica, nec non habeat pariter potestatem pascendi ipsius animalia in toto tenimento nostri dominii libere et absque impedimento sine molestia et contrarietate, vel exactione juris pasculi a quopiam nostrorum praedictorum officialium, Si vero unquam contigerit ut quidam deprehenderetur mutationem, damnum quoddam vel novitatem vel contradictionem inferre contra praedicta sic recte concessa et donata, sit ille maledictus a

μετὰ τοῦ ἰούδα τοῦ προδότου, καὶ οὐ μικρὰν ἀ γανάκτησιν ἐχέτω πάρ᾽ ἡμῶν, καὶ τῶν ἡμετέρων κληρονόμων καὶ διαδόχων. Ἤιθούτως διαμένειν το τοιοῦτον παρὸν σιγίλλιον ἀμετάτρεπτον, αὶ ἀναλλαοίωτον ἐσαεί. ὅθεν καὶ πρὸς περισσοτέραν πίστωσιν καὶ ἀσφάλειαν, τὸ παρὸν σιγλίλιον τῆ ἡμετέρα συνήθει μολιυδο βούλλη ὑποκυρώσαντες. ἐπεδόθη τῆ προλεχθείση μονῆ τοῦ ἁγίου παγκρατίου τῆς σκύλλης. ἔτους σχιβ. μηνὶ ἰουνίω τῆς ἰνδικτιονος ιβ.

Ἐγὼ ρωγέριος κόμης καλαυρί sακαὶ σικελίας.

Deo omnipotenti, et pars eius sit cum Juda proditore, et non modicam reprehensionem habeat a nobis et nostris haerediaus et successoribus. Ita maneat hoc praesens sigillum firmum et immutatum in aeternum. Unde ad majorem fidem et firmitatem praesens sigillum consueta nostra bulla plumbea roborantes, traditum est praedicto monasterio Sancti Pancratii Scyllae. Anno sex millesimo sexcentesimo, duodecima (1104) mense iunii Indictionis duodecimae.

✠ Ego Rogerius comes Calabriae et Siciliae

VII.

Anno 1119. Luglio 12ª Indizione.

La Contessa Emma figlia del Conte Ruggiero, signora della città di S. Severino, unitamente al figliuolo suo Ruggiero Maccabeo dona il castello di Passabanco alla chiesa di S. Michele Arcangelo della stessa città di S. Severino, per dotarla ed ampliarla.

Pergamene di Matera n. 11º, nell' Archivio di Stato di Napoli.

In nomine domini nostri ihesu christi anno incarnationis eiusdem millesimo centesimo nono decimo mense iulii indictione duodecima Ego Emma Comitissa comitis rogerii filia civitatis Severiane domina. una cum filio meo domino rogerio machabeo cognoscentes cuncta secularia esse caduca et instabilia transitare nec semper mansura divina inspirante clementia pro salute anime mei viri domini radulfi machabei nostrorumque defunctorum parentum pro sospitatione etiam nostrorum corporum ac redemptione peccatorum nostrorum. Opere pretium duximus ecclesiam beati michaelis archangeli sitam in prescripta civitate de nostris rebus propriis ditare et amplificare. Quapropter presentibus domino petro acherontino archiepiscopo et domino Guidone episcopo gravinensi. dominoque gaudio abbate Sancte marie pesticii. Arnaldo isirbardi filio. Goffrido paliani aliisque idoneis subscriptis testibus. Castrum quoddam passabanci nobis pertinens optulimus deo et predicte sancte ecclesie. ac per sacrum ecclesiarum librum domino Guarino venerabili abbati et eiusdem ecclesie rectori tradidimus cum omnibus suis pertinentiis quemadmodum dominus noster Radulfus machabeus vir bone memorie robberto gogusii datum habuit. Per hos videlicet fines de subtus iscla vadi umbrosi et exiens idem vadit et ascendit ad fontem murtille. et inde procedens vadit ad antiquam viam et per capud gravinum sancti marci. post hoc vero exit et vadit per lumbonem mittens in capud gravinum sancti viti veterani et ascendit in lacum panta leonis et per viam carraram montiscaveosi. et per eamdem viam usque ad capud vallonis de timandis ubi sunt petre fixe descendensque mittit in gurgitem brunum bradani et per aquam bradani fluminis vadit usque ad prenominatum finem iscle vadi umbrosi infra hos autem fines prescriptum

castrum sicut continet de fine in finibus obtulimus eidem monasterio sancti michaelis et tradidimus abbati prenominato suisque successoribus habendum semper et possidendum et faciendum ut eorum voluntatis fuerit ad dei et predicti monasterii utilitatem licentiam quam eis dedimus congregandi ibi villanos unde oportunitas exegerit. plantandi vineas et pomeria. et operandi quicquid proficuum ecclesie fuerit. Similiter etiam obtulimus et tradidimus eis dimidiam plaram et dimidium portaticum et medietatem legumina civitatis sancte trinitatis. Medietatem etiam portus basenti et bradani fluminis. et dimidiam partem de terratico terrarum adiacentium intus bradanum. basentum et salandram et medietatem de operariis ac mediam partem nostre saline. Et concessimus quemdam nostrum villanum sansonem nomine cum omnibus rebus suis stabilibus et mobilibus. Licentiam quaque sibi dedimus affidandi villanos in prenominata civitate Severiana unde oportuerit. Si quid etiam idem abbas eiusque successores de propriis rebus monasterii vel suarum obedienciarum vendere voluerint omnesque sui villani ubicumque habuerint per nostram terram quicquid de rebus suis vendiderint placas eidem concessimus monasterio. Optulimus etiam decimas omnium nostrarum terrarum castelli sancti nicandri. ita tamen ut ipse abbas eiusque successores in cappellam ipsius castelli cappellanum mictant. Hec autem omnia que prescripta sunt idem abbas cum maraldicio iudice eiusdem monasterii advocato recepit. Tali videlicet ratione quatenus nec a nobis neque a nostris heredibus quolibet tempore quamlibet calumpniam vel molestiam substineant. set semper quiete ea possideant et habeant sine nostra nostrorumque heredum vel successorum et omnium hominum contrarietate. Et nos nostrique heredes vel successores eidem monasterio et suis rectoribus omni tempore ex predictis omnibus defensores simus. Et securitatem causa ipsius monasterii suorumque rectorum hanc cartulam scribere precepimes Juliano nostro notario. et signum sancte crucis propriis manibus subsignavimus atque nostro plumbeo typario signari fecimus mense et indictione pretitulatis

✠ Ego petrus archiepiscopus acherontinus
✠ Guido gravinensis episcopus quia interfui subscripsi
✠ Gaudius abbas sancte marie pisticii interfui et subscripsi
✠ Signum manus domine Emme comitisse comitis Rogerii filie et montis caveosi domine
✠ Signum manus domini Rogerii machabei prescripte comitisse filii
✠ Signum manus domine adelize predicte comitisse filie
✠ Signum manus arnaldi de craco prescripti
✠ Signum manus Goffridi puliani
✠ Signum manus domini roberti bastazi predicte comitisse comestabularii
✠ Signum manus capialbi militis
✠ Signum manus godardi militis

VIII.

Anno 1144. Maggio 7ª Indizione — Palermo.

Re Ruggiero conferma i Privilegii del Conte Ruggiero alla Cattedrale di Siracusa sopra la sua diocesi.

Scritture pertinenti alla Giunta di Sicilia in Napoli, fascio 132 col titolo Sicilia novembre e decembre 1778, *nell' Archivio di Stato di Napoli.*

In nomine Sanctae et Individue Trinitatis Amen. Rogerius Dei gratia Siciliae Calabriae et Apuliae Rex. Regie Liberalitatis munificentia, quos operis exibitione fideles sibi noverit extitisse, dignis muneribus honorare et eorum petitionibus ut ad fidei flagrantiam animosius attendatur, misericorditer consuevit annuere: tunc enim bonae fidei meritis respondet cum regalia beneficia trascendunt merita subditorum maxime in iis, quae piis locis divino intuitu misericorditer conceduntur. Hinc est igitur cum tu Parisi Venerabilis Syracusanae Antistes dilecte suppliciter ageres ut devote Maestatis nostrae celsitudinem supplicares quatenus nostra quoque concessione Syracusanae Ecclesiae tuae Casalia, Terras et loca quae Illustris Dominus Rogerius bonae memoriae Calabriae et Siciliae Comes Genitor noster in prima ipsius Ecclesiae fundatione pie fecit et devotissime donavit, de nostrae munificentiae gratia confirmare digneremur. Nos ut in confirmado tanti Patris bonae voluntatis elogium observemus, tibi denuo in perpetuum confirmamus cum successoribus tuis canonice intrantibus omnia ea quae in privilegio eiusdem Genitoris nostri facto eidem Ecclesiae data et concessa vidimus contineri, et tua nobis obtulit devotio. Unde presens Privilegium tibi dicto Parisio Venerabili Syracusano Episcopo et tuae pronominatae Ecclesiae scribi et bulla plumbea Maestatis nostrae impressa iussimus roborari. Datum Panormi Anno Incarnationis Dominicae MCXXXXIIII. Mense Maij Indictione septima ✠ Rogerius in Christo Pius Potens Rex et Christianorum adiutor.

Nel suggellò poi leggesi. *Dextera Domini exaltavit me , Dextera domini fecit Virtutem.*

Dalle seguenti parole di Rocco Pirro: *LVII. Parisii electi nomina tantum recensent Schobar, et m. f. Catal.*, che leggonsi nel lib. 3° della sua opera *Syracusanae Ecclesiae notitia* rilevasi che non vide mai questo diploma.

IX.

Anno 1145. Ottobre 8ª Indizione — Messina.

Re Ruggiero conferma i privilegi al monastero di S. Bartolommeo de Trigonio.

Pergamena dell' Archivio di Casa Ruffo Principe di Scilla n. ant. X, nuovo 318.

Rogerius in Christo Jhesu fidelis fertis rex et cristianorum adiutor menso octobris octave indictionis Anno sex millesimo sexcentesimo quinquagesimo tercio Accedente me ad civitatem Messane et in omni parte et tranquillitate virtute omnipotentis dey

custodiat supplicibiliter supplicatum fuit theo fovente fortitudini nostre concedere de ipsa tranquillitate et pacifi . . . . nostris Venerabilibus monasteriis dominis et ceteris ideoque quod in hiis qui tenebant lix et discordia superhabat hoc ideo quod aliqui nullo modo optimatus sigillis alii autem et offescata habeant sigilla alii vero et notha credentes et abrasa . . . . . . fortitudini mee renovare ipsorum sigilla et nostris sigillis inde facere propter quod et sancti bartolomei de trigono monasteri abbas filadelfiis cum omnibus sigillis eiusdem Venerabilis monasterii accessit coram nostra tranquillitate . . . . . . quolibet ipsorum que enarrantur In primis ostendit nobis sigillum robertis filii raonis habens annos sex millenos sex centos tercium quarte indictionis contines sic quod dedit terras in quibus edificatum est monasterium santi bartolomei quorum confines sunt tales Incipit An. . . . . . parte de cataporo et currit rivus ad ritgomam montis ad alteram partem qui dicitur de corea deinde venit ex latere . . . . . matis montis usque ad flumen ad tonium et descedit flumen usque ad rivum et ascendit rivus usque ad cantaporo unde . . . . Abbas eiusdem monasterii et monaci habeant licentiam accessendi terras et vineas in terra ipsius et ad edificandum . . . eiusdem monasterii et quidquid voluerint sint immunes in tenimento suo incidere ligna. Secundum Sigillum ostendit nobis . . . . fortitudinis mee habens annos millos sex centos quatuor contines quod dedit ducis Rogeri donum sibi factum nichita to . . . . . cum omni possessione sua mobili et inmobili ubicunque sit. Tertium sigillum ostendit nobis . . . . estorta ipsi monasterio santi bartolomei offerens in ipso monasterio omnia que concessit ei Rogerius dux sub sigillo et est . . . . scripta Anno sex mille sex centum vicesimo quinto decime indictionis in qua oblacione . . . . curres ab oriente ad meridiem per viam usque ad sinoium melixari et ascendit ad occidentem et concludit ad sessinam et sorbiam et recte descendit et iungitur in . . . dimitrium. Quartum Sigillum ostendit nobis rogerii ducis anno sex millenos sexcentum decimo primo. duodecime indictionis concedentis dicto nichita comistorte possessionem et res . . . . nobis roberti filii raonis bonus sex millenos sexcentos decimo undecime indictionis concedentis ecclesiam santi pauli cum omnibus pertinentiis suis et terras santi teodori quacunque et quantum . . . . de cuctu macno cum castaneto et vinea santi basili cum In . . . . . . sunt in rivis convicinis et terram de agita et ad stalam et alias terras que dicuntur . . . . . . et vineas que sunt subtus templum santi teodori de la cuczana . . . . . liqui cum terris in eis existentibus et molendinum aque de sicri et monasterium sante efimie quod . . . . santi patris nostri horestis cum cultura et terris ruscla sinum dividentur a rivo qui dicitur . . . . . usque ad viam venientem de santa efimia et per extremitatem montis descendit usque ad flumen. Septimum sigillum . . . . annos sex mille sex centum vicesimo tercio octave indictionis concedentis monasterio santi bartolomei omnia que dedit dicto nichita comistorta pro ut confirmavit ea rogerius dux. Octavum sigillum ostendit nostre tranquilltatis annos sex milleno sex cento vicesimo octavo tercie decime indictionis concedentis predicto monasterio villanos quatuordecim externos et monasterium santi nicolay tay cum terris ipsius et nemore grandifero finum ascendit flumen burdimi usque ad viam cosoleli currens oblite secundum rectitudinem agrappedre et duorum magnorum lapidum concludit ad rivum tholuthi exinde per limitem terrarum doli curret ad ipsum rivum et ad limitem santi philippi et ad funtem de ceramidario usque ad flumen bachi et per ipsum flumen currens ad sectentrionem iungitur cum predicto flumine bundrimi. Nonum sigillum ostendit nostre theofrontis tranquillitate Anno sex milleno sexcentesimo vicesimo primo quinte indictionis concedentis predicto monasterio nepotem predicti Abbatis cum filiis suis. Decimum Sigillum ostendit nobis dive memorie regine matris fortitudinis nostre Anno sex milleno sex centesimo decimo nono tercie indictionis concedentis predicto monasterio vellanum unum in terra Mese. Undecimum sigillum ostendit nobis guilelmi

burrelli racheri burrelli roberti burrelli et donisie uxoris quondam carbonelli anno sex milleno sexcentesimo vicesimo sexto undecime indictionis concedencium predicto monasterio santi bartolemei templum martiris Christi barbare quod est in extremitate nemoris fella cum tenimento suo videlicet terris nemoribus glandiferis arboribus fructiferis et villanis sexdecim cum filiis eorum in tenimento santi martini sicut incipit mangna via de fella currens ad meridiem usque ad fellos secundum rectitudinem ipsius templi et ipsos fellos secundum rectitudinem concludit in via que dicitur de latio ex inde currit pro ut occidente et concludit ad crucem de gacto ex inde currens per sectentrionem concludit ad granarum et rectitudo ipsius concludit ad lapidem plantatum de epiguruno et currit ad pigadacis et ad viam agrofelli ab inde per ipsam viam agrofelli currens ad orientem concludit in predicta via mangna. Duodecimum sigillum ostendit nobis Ricardi Amendolie anno sex milleno sexcentesimo vicesimo quinto duodecimo indictionis concedentis predicto monasterio villanum unum cum filiis suis et possessionibus suis et terras cum psichro que dicuntur destintiga pullo que sunt subter viam usque ad rivum dromum mangnum. Tertium decimum sigillum ostendit nobis Tancredi filii Tancredi anno sex milleno sexcentesimo trecentesimo quarto quarte indictionis concedentis terras et nemora de castellano que sunt prope dictum monasterium santo Astendero nomine rivus de Viçento usque ad dromum ab inde sicut currit usque ad tribunam ecclesie santi petri usque ad stalam ubi et limites de roberto et concludit ad alium rivum dicti monasterii. Quartum decimum sigillum ostendit nobis . . . . tancredi filii tancredi anno sex milleno sex centesimo tricesimo sexto sexte indictionis concedentis eidem monasterio villanos videlicet Johannem de sgoracha cum filiis Ursini de czoccala cum filiis Zodarum pulliacrum cum filiis suis et possessionibus et terris de simulio de semine modiorum octuaginta sinum dividitur per quartium que est sinum crux currens ad orientem per limitem terrarum muncuturri usque ad limitem terre fortitudinis nostre mensuratas corda Cordas triginta sex qualibet corda passum octo ducentum sexaginta quatuor et per limitem terrarum dominii nostri usque ad viam mediam terrarum cafroni cordas quindecim et mediam que sunt passos centum quatraginta quinque et per ipsam currens ad occidentem per limitem terrarum episcopati militensis usque ad viam venientem a nemore santi philippi Cordas vigintas et mediam que sunt passus centum nonaginta sex et per ipsam viam usque ad predictam quercum curre fissam cordas tresdecim et mediam que sunt passus centum quatraginta concessum in eas existentibus arboribus. Quintum decimum sigillum ostendit nobis nostre serenitati anno sex milleno sexcentesimo vicesimo secundo septime indictionis concedentis predicto monasterio templum sancti laurentii cum terris suis videlicet . . . . terrarum tranquilli nostri dominii usque ad viam mangnam per limitem dictarum terrarum usque ad culturam ecclesie geracensis et viam mangnam venientem a stricto martino et per ipsam viam concludit ad capud terre Venuse . . . . Callis terre ab indo sicut ciscotentionis parte limites episcopatus oppidensis terrarum que dicantur de pluppa. Sextum decimum sigillum ostendit nobis Roberti filii Raonis Anno sex milleno sexcentesimo decimo quinte indictionis . . . . . . spi monasterio apud illum templum Sante martiris marme cum tenimento suo sicut venit via tuneli currens usque . . . . . usque ad passum aque asimi ab inde descendit via usque ad tabulam in medio autem ipsorum est nemus . . . . . psichro ab ultima parte supra usque ad porum de cherasea et secundum rectitudinem montis currens usque ad templum sante marme veteris. Septimum decimum sigillum ostendit nobis roberti rocheri Anno sex milleno sexcentesimo vicesimo quarto none indictionis concedentis villanos filios theofilani Villachina. Octavum decimum sigillum ostendit nobis Roberti Arguqui Anno sex milleno sexcentesimo vicesimo nono quinte decime indictionis concedentis villanum unum. Nonum decimum dixit habere sigillum nichecte comistorte concedentis et offerentis ipsi monasterio templum Archistratui de longi in

tenimento Regii cum terris vineis et arboribus sicut currit puplica via usque ad rivum de marata et per ipsum rivum concludit ad limite sto li scudi et secundum rectitudinem descendit ad rivum siccum maczuqui et descendit ipse rivus siccus ad dictam puplicam viam et terram sunt barbare et terram de caprisito que est in supecriori parte santi Joannis de leomana Drio parapetra de Amonsis terram agorne de Armo et ad salinam Regii gurgites sexdecim et villanos duodecim et terras santi nichiti sunt prope montem et terras templi . . . . . et baronie sabuti hec omnia superius dicta sigilla confirmat. Teofrunte domini nostri monasterio santi bartolomei sicuti et sunt scripta terras vineas domos et quid quod aliud est super hec expostulasti serenissimum dominationem nostram inde recomendatos ad ipsius monasterii servitutem et alimentum quod et concessimus Tibi et stasio propriori concessimus hominum ipsius monasterii iudicari per te ubicunque sint postulasti autem nobis concedere tibi per ipsius monasterii aumenta habere libere recipiendum oblationes ab omni persona quod propter santitatem tuam ut sispater meus spiritualis concesse hoc ad recipiendum ab omni persona volente offere predicto monasterio apostoli bartolomey ab archiepiscopis episcopis comitibus baronibus militibus et ceteris villanos nemora molendina aquarum habitationes terras vineas et santa loca templorum et ista habere libera et quieta ab omni prima ipsorum consuetudine et peticcione esse autem et istud dictum monasterium santi apostoli bartolomey cum omnibus grangiis ipsius et rebus quas nunc habet et de cetero obtinebit liberum et quietum ab ecclesiastis personis et laycis maioribus et minoribus et nullus eis dominabitur nīsi sola excellencia nostra . . . . ideo . . . . est ipsum monasterium Regale e proprie nostrum Concedimus autem tibi liberum te esse ab omni petitione dominicabilis soluptionis qua consueverunt inde nunc nostre dicte serenitati Episcopum autem diocisanum non habere alicui ipso monasterio percipere vel facere aliquid sine provisione dominationis mee set tantummodo transeunte ex inde recipere tres panes et urceolum vini graccia solummodo benedictionis concedimus autem ut villani ipsius monasterii nemini eorum sillaticum solvent nisi predicto monasterio apostoli bartolomey ubicunque sint Ista sic confirmata sint et propria plumbeo bulla monita et data est predicto monasterio santi bartolomey et ipsius Abbati filadelfi et successoribus suis Anno mense et indictione premissis Rogerius Cristo Jesu fidelis fortis rex et cristianorum adiutor.

X.

Anno 1160. 8ª Indizione.

Azzo canonico della chiesa del S. Sepolcro di Gerusalemme in Barletta ottiene in dono da Giovanni, abate del Monastero di S. Michele di Montescaglioso, la chiesa di S. Martino in tenimento di Stigliano per la detta sua chiesa di Barletta.

Pergamena di Matera n. 15º, nell' Archivio di Stato di Napoli.

✠ In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Dignum est et ratione subnixum quatinus rectores ecclesiarum pervigili cura res earum augeant, et aucta conservent. ut talenta sibi credita cum usuris reddentes mereantur audire euge serve bone et fidelis intra in gaudium domini tui. Idcireo ego Azo licet indignus canonicus ecclesie sancti

ierosolimitani sepulchri. et humilis prior ecclesie baroli sacratissimorum evangelii verborum non immemora die noctuque cogitans prenominatam ampliare ecclesiam dominum Johannem cenobii sancti Michaelis montis caveosi venerabilem adii abbatem paternitatem eius deprecans quod pro amore dei ecclesie gloriosissimi domini nostri sepulchri aliquam ex his que sub suo erant regimine concederet atque donaret ecclesiam. ad eiusdem sanctissimi sepulchri comodum et proficuum exercendum. Qui prout erat pectore postulationi mee aures accomodans habita deliberatione recti consilii et intercedente sui capituli consensu videlicet domni philippi prioris. domini Alferii. domini Joue. domini michaelis. domini hugonis, et laudamine prudentium virorum montis caveosi scilicet Johannis iudicis. Israelis iudicis. Goffridi iudicis. Simeonis catapani. Martini notarii. Juliani notarii. Roele Comestabuli. Bisantii militis aliorumque quamplur um concessit atque per fustem et per evangeliorum Sanctorum librum donavit deo et sanctissimo memorato sepulchro domini per manus meas secum astante iudice petracca suo advocato quandam suam ecclesiam sancti Martini videlicet sitam in territorio stiliani cum omnibus suis pertinentiis scilicet cum terris cultis ed incultis vineis et ortis cum introitibus et exitibus suis ita libere et expedite iure perpetuo habendam et possidendam stcut sua mater ecclesia liberius eam possedisse dinoscitur. Ita tamen ut uno quoque anno ego prior qui supra vel mei successores in solemnitate sancti michaelis unam tantum libram incensi sue matri ecclesie persolvamus. et ut suum suosque fratres et successores omnium beneficiorum et orationum que fiunt in predicta ierosolimitana sanctissimi sepulchri ecclesia perpetuo participes statuamus, et in nostris ospiciis caritative et honorifice eos suscipiamus. Unde memorie causa presens scriptum rogatu nostro dominus Melus predicti sancti michaelis ecclesie preuntor scripsit. In quo nostris propriis manibus signum vivifice et gloriose crucis innotavimus. Anno dominicae incarnationis. Millesimo. Centesimo. Sexagesimo. indictionis octave.

✠ Ego Azo canonicus Sanctissimi domini nostri iesu Christi Sepulchri et ecclesie baroli prior subscribo.

✠ Lector ne dampnes Judex probat ista Johannes
✠ Judicis hoc signum iustum manet et bene firmum
✠ Hoc signum manus Roelemi comestebuli
✠ Goffridus qui supra iudex
✠ Judex hoc firmat Simeon quod certula signat
✠ Scriba libens testis scribtis Julianus inest hic

XI.

Anno 1179. 15 Gennaio 12ª Indizione — Napoli.

La Congregazione di fratelli e sorelle riunita nel monastero di S. Salvatore a mare e poi nel monastero di S. Pietro apostolo nel distrutto castello Lucullano fa una permuta al detto monastero di S. Pietro concedendogli una sua casa con un pezzo di terra e la chiesa di S. Venere nello stesso distrutto castello Lucullano, e si riceve un orto per edificarvi la sua Congrega, ed ivi formarvi la chiesa intitolata a S. Bartolommeo apostolo, le celle e le abitazioni per abitarvi i fratelli e le sorelle. Quale orto è posto nella città di Napoli presso il Vico che dalla Corte della chiesa di S. Giovanni Maggiore discende *ad platea pubblici regione media.*

Pergamena de' Monasteri soppressi vol. 2° N. 119 ter, nell' Archivio di Stato di Napoli.

In nomine domini dei salvatorisnostri Jhesu Christi: regnantedomino nostro guilielmo Sicilie et Italie magnifico rege anno tercio decimo: et eius dominationis istius civitatis neapolis anno undecimo: die quintadecima mensis ianuarii indictione duodecima eiusdem civitatis neapolis: Certum est nos Johannes umile presbitero qui nominatur . . . . : et primicerius salutifera chartula congregationis et fraternitatis iuris propria de monasterio domini et salvatoris nostri Jhesu Christi: Insule maris: quod nunc congregatum est in monasterio ecclesie beatissimi petri christi: apostoli de intus distructo castro lucculano et sergius presbiter qui nominatur de andrea: et bonus homo presbiter qui nominatur de farani: et manso presbiter qui nominatur campanella: et aligernus presbiter qui nominatur nasari: et riccardus presbiter qui nominatur piscopanum: et petras presbiter qui nominatur falangula: et landolfus presbiter qui nominatur nantyone: et petrus presbiter qui nominatur deamabile: et Johannes presbiter qui nominatur bona vita: et Johannes presbitero qui nominatur scannaiudium: et petro presbitero qui nominatur de illa . . . . . et gregorio presbitero qui nominatur ascana: et Johannes qui nominatur buccautre, Iterum primicerius ipsius chartula congregationis et fraternitatis ut super legitur. et Johannes qui nominatur pentalaro et donadeo qui nominatur caputo: et sergio qui nominatur mastermaione: et Johannes qui nominatur coccula: et mauro qui nominatur cannabaculu et leone qui nominatur cafagna: et Johannes qui nominatur bocciaboccia: et leone qui nominatur sunta: et leone qui nominatur de acquara: et landolfo qui nominatur sparella: et romano qui nominatur de portanoba: et marino qui nominatur garippula: et petro qui nominatur quacquarina: et gregorio qui nominatur maranci et nicola qui nominatur tiantiale: et petro qui nominatur de acquara: et gregorio qui nominatur de aquara: et garofalo qui nominatur iragesatum: et gregorio qui nominatur demanalo: et sergio qui nominatur tiantiale et Johannes qui nominatur ferillu: et Johannes qui nominatur ingulu et Johannes qui nominatur degisu: et Johannes qui nominatur bonanima: et Johannes qui nominatur graxullu: et Johannes qui nominatur rocturi. et sergio qui nominatur boffa: et matheo qui nominatur macedoni: et petro qui nominatur gaytano: et sergio qui nominatur burola et gregorio qui nominatur maliabacca: et marino qui nominatur alamagno: et petro qui nominatur tallarico: et gregorio qui nominatur calcaterra et stephano qui nominatur cacamodium: et Johannes qui nominatur calcio lurio: et sergio qui nominatur piscopu: et Johannes qui nominatur de illu presbiter et Johannes qui nominatur micida: et petro qui nominatur cruccianima: et Johannes

qui nominatur runco: et guilielmo qui nominatur paracentri: et petro qui nominatur puldericum: hoc est insimul confratres qui copulati sumus in ipsa congregatione et fraternitate: ut superius legitur: nos autem pro vice nostra et pro vice de aliis omnibus fratribus et sororibus qui in ipsa chartula congregationis et fraternitatis modo copulati sunt vel fuerunt: et presenti die promptissima voluntate promictimus vobis domino Johannes venerabilis abbas memorati monasterii domini et salvatoris nostri Jhesu christi: Insule maris: quod nunc congregatum est in memorato monasterio beatissimi petri christi apostoli de intus ipso distructo castro lucculano: et cuncta vestra congregatio monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii dominus ipsius chartule congregationis et fraternitatis: que est iuris propria memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: quatenus nos et vos da presentis ad omni espendium de ipsa congregatione et fraternitate: construere et: edificare et erigere debeamus ipsa congregatione et fraternitate cum dei aiutorio: intus illum ortum de terra iuris ipsius congregationis et fraternitatis quod ipsum ortum antea fuit memorati vestri monasterii: positum vero intus anc civitatem neapolis iusta vico qui descendit da curte ecclesie Sancti Johannis catholice maioris ad platea pubblici regione media: quod ipsum ortum vos nobis et per nos in ipsa congregatione et fraternitate iuris memorati vestri monasterii: commutastis per firmissima chartula commutationis quam aput nos abemus cum alium quod ipsa chartula commutationis continet: In quo intus ipsum ortum quod vos nobis commutastis et constituta ecclesia vocabulo beatissimi bartholomei christi apostoli cum cellis et abitationibus suis quod simul iterum vos nobis commatastis per ipsa firmissima chartula commutationis ut superius legitur: sicut ipsa firmissima chartula commutationis continet: et ut illut continet alia simile firmissima chartula commutationis quam nos vobis et per vos in ipso sancto vestro monasterio exinde fecimus quam aput vos abetis: unde ad vice vobis in commutatione dedimus per ipsa firmissima chartula commutationis vestra ut super legitur: Idest integra domus vestra que antea fuit ipsius congregationis et fraternitatis: Una cum inferioribus et superioribus suis vel omnibus membris et cum gradibus et vinianeu suo et cum terrulis suis: et cum integra curte iusta se parte orientis et septentrionis: et cum pischina fabrita intus ipsa curte: et cum integra ecclesia vocabulo sancto bennera que est iusta ipsa curte parte orientis et septentrionis: et cum integra petia de terra que est iusta ipsa ecclesia sancte benere et iusta ipsa curte parte horientis et septentrionis: simul posita vero intus ipso distructo castro lucculano: insimul una cum aeribus et aspectibus suis et cum cellis et griptis suis et cum fabricis et parietinis suis et omnibus sibi pertinentibus: sicut ipsa firmissima chartula commutationis vestra quam aput vos abetis continet: et in ipsum ortum quem vos nobis commutastis ut superius legitur edificare debeamus domos pro in ipsa ecclesia sancti bartholomei et in ipsas domos congregandum ad adorandum et ad regibiendum: ut inferius dicimus: ita et nos memoratis nominatibis personis presbiteris et laycis sicut superius legitur: nos autem pro vice nostra et pro vice de aliis omnibus fratribus et sororibus qui in ipsa congregatione et fraternitate copulati sunt vel fuerunt: per anc chartulam promictimus et firmamus vobis memorato domino Johannes venerabilis abbas memorati monasterii domini et salvatoris nostri Jhesu Christi: Insule maris quod nunc congregatum est in memorato monasterio sancti petri christi apostoli de intus ipso distructo castro lucculano: dominus ipsius chartule congregationis et fraternitatis quod nos et vos edificare et erigere debemus qualiter superius legitur: quod est iniuris propria memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: quatenus in una fraternitate etsere et permanere debeamus et comunitas nos et vos et ipsi pro quorum vice fecimus: et posteris nostri et vestri: tenere et dominare debeamus idest integras omnes domos et omnes fuadores et terris seum ortus et mobilias et pretium et peculias quas in ipsa chartula congregationis et fraternitatis modo abent vel abuerint et quod ibidem datum et offertum

fuerit per quobis modum intus et foris: seum et per nos una vobiscum ibidem paraberimus vel ibidem guadaniaberimus per quobis modum intus et foris: et totum illut etsere et permanere debeant in memorata chartula congregationis et fraternitatis quam nos erigere et edificare debemus qualiter superius legitur: usque in sempiternum: et nos et vos et posteris nostris et vestris inde studium et curam habere debeamus ad laborandum pro ipsa fraternitate acriscendum: et omnia que inde abere et recolligere potuerimus per quobis modum de intus et foris totum illut in salbum ponere debeamus pro onore et acriscimentum de ipsius chartule congregationis et fraternitatis ut super legitur: et non abeamus licentia nos et vos et posteris nostris et vestris de omnia et in omnibus ipsius congregationis et fraternitatis pertinentibus intus vel foris sibe totum vel es parte inde subtrahere vel alienare per nullum modum in perpetuum: etiam et si aliquod de memorata chartula congregationis et fraternitatis ut superius legitur pertinentes: in qualecumque parte intus et foris inde estraneatum vel alienatum invenerimus tunc nos et vos et posteri nostri et vestri communiter uno animo illut querere et recolligere debeamus et illud ponere et retornare debeamus in proprietate de memorata chartula congregationis et fraternitatis ut superius legitur asque omni fraude et malu ingenium ad abeundum et possidendum illut ibidem usque in sempiternum: iterum et per ana chartulam promictimus at firmamus vobis: ut non abeamus licentiam nos vel ipsi pro quorum vice fecimus vel posteris nostris in memorata chartula congregationis et fraternitatis: qualiscumque sacerdotem vel clericum aut laycum aut alia qualiscumque persona ibidem ponere aut recipere non debeamus per nullum modum asque vestra et de posteris vestris et de memoratum sanctum vestrum monasterium voluntate: nec nullum alium ordinamentum facere sine vestra et de ipsis posteris vestris voluntate per nullum modum: et quando hobierit primicerium de ipsis presbiteris: tunc vos et posteris vestris et ipsum sanctum vestrum monasterium adunare faciatis presbiteris qui tunc ibidem copulati fuerint: et elebare et facere debeatis vos et posteri vestri et memoratum sanctum vestrum monasterium una cum ipsi presbiteris primicerium presbiter quale vobis vestrisque posteris et ad ipsum sanctum vestrum monasterium placuerit: iterum et quando obierit primicerium de ipsi layci: tunc vos et posteris vestris et memoratum sanctum vestrum monasterium: adunare faciatis presbiteris et laycis qui tunc ibidem copulati fuerint: et elebare et facere debeatis vos et posteri vestri et ipsum sanctum vestrum monasterium: cum ipsi presbiteris et laycis primicerium laycum quale vobis vestrisque posteris et ad ipsu sanctum vestrum monasterium placuerit: et si qualiscumque persona sacerdotem se ibidem adfratabit pro vestra posterisque vestrorum et de ipsu vestru monasteriu voluntate et nobis vel ibidem dederit auri tari tres vel minus: tunc illut nostrum memoratis sacerdotibus et de posteris nostris sacerdotibus etsere debeat: ad dividendum illut pro unoquoque ana singulis portionibus tantumodo tu vero dominus Johannes venerabilis abbas et posteris tuis esinde abere debeatis due portionibus sicuti duos de ipsis presbiteris: et nos memoratis laycis vel posteris nostris laycis inde aliquod abere non debeamus: et si da ipsi tari tres in supra fuerit: a tunc ipsum superfluum in ipsa fraternitate etsere et permanere debeat: et si qualiscumque persona laica se ibidem adfrataberit per vestram posterisque vestrorum voluntatem: tunc illut quod ipse ibidem offeruerit vel dederit siat de ipsa chartula congregationis et fraternitatis: et si nos memoratis presbiteris et posteris nostris presbiteris in obsidium de estraneis personibus pervexerimus de oc quod inde abuerimus siat nostrum memoratis presbiteris: et nos memoratis laycis et posteris nostris inde abere non debeamus: et si qualiscumque de nos et de posteris nostris presbiteris et laycis hobierit: tunc in presentis nos in uno animo ire debeamus ad domum de ipsu defuntum vel defuntos sine omni pigritia: et corpus de ipsu defuntus vel defuntos portare debeamus usque ad sepulcrum ubi ipse se iudicaberit et a quod corpus eius sepultum abuerimus a tunc in presentis pro uno-

quoque de nos sacerdotibus et de posteris nostris sacerdotibus qui tunc in ipsa fraternitate fuerint: canere debeamus pro unoquoque de nos sacerdotibus ana misse septem pro ipsius defuntus anima sine omni pigritia: et quando nos ipse lemisse adimplete abuerimus nos memoratis presbiteris et laycis pro eius animabus septima facere debeamus de ipsa congregatione et fraternitate: ad pauperes ut iustum fuerit: iterum et si quis de nos memoratis presbiteris et laycis et de posteris nostris obierit: et in ipsa congregatione et fraternitate reliquerit mobilios et solidos et peculias: tunc inde nos memoratis sacerdotibus et posteris nostris sacerdotibus abire debeamus una tertia: et illam dividere debeamus inter nobis memoratis sacerdotibus et posteris nostris sacerdotibus perequaliter: tantumodo nos memorato dominus Johannes venerabilis abbas et posteris vestris esinde abere debeatis due portionibus sicutis duos de ipsis sacerdotibus: et relique integre due partis que sunt relique due tertie esinde una cum omnes domos et fundoras et terris seu ortuas: que ibidem reliquerit: totum illut etsere at permanere debeat de ipsa congregatione et fraternitate: ad abendum illut ibidem usque in sempiternum: et pro ipsum quod de ipsa tertia nos memoratis presbiteris et posteris nostris abere diximus qualiter superius legitur: a tunc pro unoquoque de nos presbiteris canere debeamus ana missas tres pro anima de ipsius defuntus vel defuntas: fratribus et sororibus nostris ut super legitur: iterum si qualiscumque sacerdos aut laycus de fratribus et sororibus nostris obierit: a tunc nos memoratis laycis et posteris nostris laycis pro eius anima canere faciamus quale sacerdotes nobis placuerit pro unoquoque de nos ana singulas magisque ubi nobis placuerit sine omni pigritia asque omni data occasione: et pro eius defuntus vel defuntas anima nos memorati presbiteri et layci et posteri nostri: facere debeamus in ipsa congregatione et fraternitate trentale et anniversarium de ipsa congregatione et si aliquod de ipsis fratribus et sororibus nostris obierit et non abuerit unde ipse se sepelire poxat: tunc nos et posteris nostris corpus eius sepelire debeamus ad omnem espendium de ipsa congregatione et fraternitate: et pro anima eius facere debeamus omne officium qualiter superius legitur: iterum et si aliquod de nos et de posteris nostris sacerdos vel laycus non est in ista civitate et obierit estra istam civitatem: quousque illut audiverimus clara facta veritate: tunc in presentis pro eius anima facere debeamus sicuti de unus de illis fratribus nostris qui obierit in ista civitate sine omni pigritia: iterum et nos memoratis sacerdotibus et posteris nostris sacerdotibus canere debeamus intus ipsa ecclesia sancti bartholomei per omne ebdomada misse ses: usque in sempiternum pro salutem viborum et fidelium defuntorum: sine omni pigritia: et facere debeamus nos memoratis presbiteris et laycis et posteris nostris intus ipsa congregatione et fraternitate quam erigere et edificare diximus ut super legitur que est iuris propria memorati sancti vestri monasterii per omne tertia feria et per omnem die sabbati stationes et dare inde pauperibus res ipse firmissime chartule comutationis ut superius legitur fuerunt facte in die quarta mensis ianuarii de ista indictione duodecima ubi modo sumus: ut continet alia chartula recapitulata similis de ista que vos nobis esinde odie fecistis: Quia ita nobis stetit: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis: tunc componimus nos et posteri nostri: vobis vestrisque posteris et in ipsa sancto vestro monasterio: auri solidos mille bythianteos: et ec chartula ut superius legitur sit firma: scripta per manus gregorii regionalis filii domini Johannis curialis per memorata indictione. hoc signum ✠ manus nostris nominatis personis laycis ab eis rogatus pro ei subscripsi ✠

✠ Ego Johannes presbiter et primicerius subscripsi ✠

✠ Ego sergius presbiter subscripsi ✠. ✠ Ego bonus omo presbiter subscripsi ✠. ✠ Ego Mansus presbiter subscripsi ✠. ✠ Ego aligernus presbiter subscripsi — ✠ Ego Riccardus presbiter subscripsi ✠. ✠ Ego petrus presbiter subscripsi ✠. ✠ Ego Landolfus presbiter subscripsi ✠. ✠ Ego petrus presbiter subscripsi ✠. ✠ Ego Johannes presbiter sub-

scripsi ✠. ✠ Ego Johannes presbiter subscripsi ✠. ✠ Ego Petrus presbiter subscrisi ✠
✠ Ego Gregorius presbiter subscripsi ✠
✠ Ego bartholomeus filius domini cesarii testi subscripsi.
✠ Ego orricus filius domini petri testi subscripsi ✠
✠ Ego Johannes Curialis testi subscripsi.
✠ Ego Johannes Curialis: Complevi et absolvi per memorata indictione.

XII.

Anno 1187. 16 Aprile. 5ª Indizione — Palermo.

Re Guglielmo II toglie il diritto de' passi.

Pergamena di Gaeta n. 1, nell' Archivio di Stato di Napoli.

Willelmus dei gratia Rex Sicilie. Ducatus Apulie. et Principatus Capue. Honor Regis iudicium diligit. set nec minus ornamentum solii pietate. Regalis enim munificentia gratie sic aliis impenditur ad profectum. ut et in titulo sui refundatur auctoris. et tanto gloriosius regnantium sceptra clarificat. quanto largius fuerit per mundi terminos erogata. Est etiam si de meritis agitur mira translatio nominis et nova species actionis. ubi debitum nostrum mutatur in creditum. ubi que fideliter erogantur. deum constituat debitorem. Est et rerum commutatio pretiosa dum quod tribuimus aliis. nostris melius usibus providemus. dum salubri commercio pro terrenis celestia prestolamur Sane si quod uni misericorditer indulgetur. domino feneratur quantum obligat universitatis auctorem quod ad salutem fuerit universitatis impensum. Sic unum germen officii in plures crediti pullulat actiones. sic unus beneficii cespes in plura debita celestris retributionis excrescit. Hinc est quod dum ad audientiam celsitudinis nostre venisset. quia sub passagiorum obtentu per tranquillos regni nostri fines molestationes plurimas passagerii transeuntibus inferebant et pretextu liciti rapaces ad illicita manus sepius iniactabant tamquam indignum temporibus nostris illud nostre serenitatis penitus abolere decrevimus. et iugum servitutis huiusmodi ob humeris omnium universaliter relevare. Cum enim regni nostri limina sint advenis etiam suis patriis tutiora. ne in terra iustitie occasione qualibet malignitatis lolium inolescat. maluimus nostris regalibus debita antiqua passagiorum iura succidere quam pro iure nostro raptorum malitia confoveri. Hac igitur edictali lege perpetuo valitura sancimus ut nullus in pontibus fluminibus et in terris nostri demanii a quolibet iure passagii tam de personis quam equitaturis et aliis rebus audeat quicquam exigere vel presumat auferre set in signum gratitudinis superne gratie que nostri regiminis prevenit et comitatur incessus perpetuis amodo largitionibus sit indultum. His etiam duximus inserendum. ut si qua nostri terra demanii que quondam exactioni fuerat obbligata passagii. et nunc remissionis nostro beneficio gratulatur de munificentie nostre gratia in aliquem conferetur. cum eadem immunitate passagii transferatur. Item si qua terra comitum vel baronum aut quorumcumque nostrorum fidelium in qua ius est passagii constitutum in nostrum fuerit aliquando demanium redacta. omne illud passagii ius exactienis expiret. Nec extinctum redeat etiam si cui terra conceditur de nostre benivolentia maiestatis. Si quis vero temeritatis audacia huius beneficentie nostre radios presumpserit denigrare.

et tam pium in aliquo temptaverit violare mandatum. post prescriptionem rerum de vita nocua non confidat qua nostre pietatis decretum et pacem nititur innocentium perturbare. Datum Panormi. Anno dominice incarnationis millesimo centesimo octogesimo septimo sextodecimo die mensis aprilis indictionis quinte. Regni vero domini nostri Willelmi dei gratia magnifici et invictissimi Regis Sicilie Ducatus Apulie et Principatus Capue. Anno. Vicesimo primo feliciter. Amen.

Dilectis fratribus suis et amicis karissimis domino Riccardo baiulo. et Consulibus Gaiete. Guillelmus filius Johannis Regius Camerarius terre laboris. salutem et fraternum amorem. Dominus Eugenius magister Regie duane baronum misit nobis exemplar Regii sigilli sibi transmissi. ut per totum camerariatum Regiam sacram constitutionem et indulgentiam exponamus. Videlicet. ut nullus in pontibus. fluminibus et in terris Regii demanii a quolibet iure passagii tam de personis quam equitaturis et aliis rebus audeat quicquam exigere vel presumat auferre. et si quis temeritatis audacia huius Regalis beneficentie radios presumpserit denigrare. et tam pium in aliquo temptaverit violare mandatum. post prescriptionem rerum de vita nocua non confidat. Mandamus itaque dilectioni vestre et ex Regia parte precipimus. quatinus per universam Gaietam et tenimentum Gaiete. Regiam sacram constitutionem. et indulgentiam exponatis. et nullus Regie pietatis decretum. et pacem conetur innocentium perturbare.

XIII.

Anno 1195. Luglio. 13ª Indizione.—Montescaglioso.

Ugo di Macchia Conte di Montescaglioso conferma tutti i privilegi al Monastero di S. Michele Arcangelo di quella città.

Pergamena di Matera n. 18, nell'Archivio di Stato di Napoli.

✠ Anno ab Incarnatione domini nostri Jhesu Christi Millesimo Centesimo Nonagesimo Quinto. Regni vero domini nostri Henrici sexti magnifici romanorum Imperatoris semper Augusti et Regis Sicilie Anno quinto. Mense Julii Indictione tertiadecima. Inter varias et multimodas huius vite sollicitudines eis potissimum convenit invigilare decet operam dare quibus peccatorum nostrorum remissio et eterne vite solus procuretur eterna. Quo circa Ego hugo de maccla dei et Imperiali gratia Comes Montis Caveosi et Justitiarius precibus dompni Micahelis Venerabilis Abbatis et totius conventus monasterii Sancti Micahelis Archangeli de monte Caveoso dicta consideracione a me propensius abita concedo et confirmo omnes donaciones omnia beneficia predicto monasterio secundum quod in eius privilegiis continetur a predecessoribus meis collata et pro redemptione peccatorum meorum. meorumque predecessorum. nec non et posteritatis mee dono et concedo eidem monasterio assumere sibi in extraneis messoribus qui ad metendas segetes eiusdem monasterii conducti fuerunt operas diurnas quas ego et predecessores mei usque modo habere consuevimus. Statuo insuper et precipio et nullus omnino de posteritate mea. nullus baiulus. nullus omnino hominum ipsius civitatis vel comitatus dictum monasterium super possessionibus et concessionibus suis et specialiter

super has quam ad presens facio molestare vel modo quolibet inquietare presumat statuens et decernens ut quicumque de supradictis omnibus prefatum monasterium ausu temerario inquietare presumpserit. quattuor libros auri componat medietatem ipsi monasterio et aliam medietatem curie mee et successorum meorum. Ad huius autem mee confirmationis donationis et concessionis memoriam a me meisque heredibus perpetuo conservandam per manus Leonis de ogiano Curie mee Notarii presens privilegium fieri iussi et meo sigillo corroborari.

✠ Signum manus domini hugonis de maccla dei et Imperiali gratia Comitis Montis caveosi et Justitiarii

✠ Signum manus Simeonis de tarsta honoris montis Cavéosi Camerarii

✠ Imperialis barensium Judex petracca buffus interfui

✠ Ego Rogerius Egregii Montis Caveosi comitis et potentie Iudex interfui

Simeon Montis Caveosi curialis et iudex

✠ Signum manus Guillelmi de poncio

Ego personus de monte caveoso

✠ Ego Johannes de osmundo testis sum

XIV.

Anno 1215. Luglio. 3ª Indizione — Al campo di Cicala.

Leopoldo vescovo di Worms, Legato nel Regno di Sicilia dona alla chiesa metropolitana di Aversa intitolata a S. Paolo il castello di Cuma ed il suo territorio, e le conferma tutti i suoi privilegi.

Pergamena di Aversa n. 15, nell' Archivio di Stato di Napoli.

Leopoldus dei et Regia gratia Vormaciensis Episcopus Regni Sicilie legatus. Si fidelium grata servitia condignis Beneficiis conpensatur merito cum devotione et fide servitia fidelium ampliantur. et unde dominorum dona subveniunt. inde obsequia fidelium uberius pullulant et accrescunt. Igitur actendentes honestatem et religionem domini Basuyni venerabilis Episcopi Aversani. Considerantes et ipsius grata servitia que domino Regi a suis cunabulis semper laudabiliter studuit exhibere de gratia Regia et Auctoritate qua fungimur in hoc regno concedimus eidem Episcopo et Cathedrali Ecclesie sue sancti Pauli de Aversa. Castrum Cumarum cum omnibus iustis tenimentis et pertinentiis suis. quod in demanio in demanium et quod in servitio in servitium. Salvo servitio quod exinde curie domini Regis debetur. De maiorique habundantia Auctoritatis nostre qua fungimur confirmamus eidem Ecclesie sancti Pauli omnia privilegia sua tam a predecessoribus domini Regis nostri quam ab eodem domino nostro Rege Federico sibi indulta. Statuimus etiam et presentis privilegii Auctoritate mandamus. ut quecumque persona magna vel parva. alta vel humilis. ecclesiastica vel secularis eundem venerabilem Episcopum vel ecclesiam suam sancti Pauli contra hanc concessionem et confirmationem nostram impedire vel molestare presumpserit Centum libras auri componet. medietatem curie Regie et medietatem injuriam passis solvendam hac concessione et confirmatione nostra nichilominus firma et stabili perdurant. Ad

huius autem concessionis et confirmationis nostre memoriam et R.... perpetuo valituram presens privilegium scribi et sigillo nostro iussimus communiri. Anno Mense et Indictione subscriptis.

Data in castris prope Cicadam per manus Constantini Prothonotarii nostri Anno dominice Incarnationis Millesimo Ducentesimo Quintodecimo Mense Julii tertie Indictionis. Regnante vero domino nostro Federico dei gratia Illustrissimo Romanorum Rege semper Augusto. et Rege Sicilie Annu Regni eius in imperio tercio. et in Sicilia Octavodecimo feliciter Amen.

XV.

Anno 1220. 2 Febbraio. 9ª Indizione — Foggia.

L'imperadore Federico II concede al monastero di S. Maria Mater Domini di potere costruire un molino nelle acque della foce del fiume Sarno.

Pergamena del Monastero di S. Maria Mater Domini di Rocca Pimonte, nell' Archivio di Stato di Napoli.

In nomine domini dei eterni et Salvatoris nostri Jhesu Christi. Anno. ab Incarnatione eius millesimo ducentesimo vicesimo. Et Primo anno Imperii domini nostri Frederici gloriosissimi Romanorum Imperatoris semper augusti: Et regni eius Sicilie anno Vicesimo Tertio. Mense Februarii Nona Indicione. Cum presente anno Johanne dei gratia venerabili sarnensi episcopo Nos Alfanus Judex et baiulus, et Unfridus et Johannes Judices, Et quamplures probi homines sarni. audituri imperiale mandatum essemus pariter congregati. Ostense sunt lictere per petrum venerabilem Abbatem sancte Marie Matris domini de pede rocce apemontis: ex parte scilicet Illustrissimi domini nostri serenissimi Imperatoris. que continebant. Fredericus dei gratia Romanorum Imperator semper augustus. et Rex Sicilie. Baiulo Judicibus et universo populo Sarni fidelibus suis. gratiam suam et bonam voluntatem. Nos Amore dei et beate Marie virginis Et remedio delictorum nostrorum, et remissione animarum parentum nostrorum dedimus predicte ecclesie sancte Marie matris domini Molendinum ad construendum, in aqua fuce Sarni. Quapropter Mandamus Et precipimus receptis hiis licteris eandem ecclesiam Mictere debeatis. In scriptam: data Fogie secundo Mensis februari suprascripte Indicionis.

Quibus itaque cum Maxima reverencia pro ut decuit receptis, et diligentissime perscrutatis per nos predictos baiulum et Judices et bonos homines sarni, dictus abbas pro parte predicte ecclesie de Jamdicto sedio molendini, cum omnibus ad eundum molendinum construendum pertinentibus, iusta Imperiale Mandatum Missus est in Laxsina. Unde ad futuram rei memoriam et pro securitate predicte ecclesie, et partium eiusdem taliter tibi Bernardo Sarni Notario in scriptis redigere precepimus.

✠ Ego qui supra Alfanus Judex
✠ Ego qui supra Johannes Judex
✠ Ego qui supra Hunfridus Judex

XVI.

Anno 1234. Decembre. 8ª Indizione — Salpi.

L'imperadore Federico II concede alla città di Barletta il privilegio di tenere la fiera annua per otto giorni nel mese di Agosto, dal giorno 8 a tutto il 15 dello stesso mese, giorno della festività di Maria Assunta.

Pergamene di Barletta Fascio 11 N. 236, nell' Archivio di Stato di Napoli.

Fredericus dei gratia Romanorum Imperator semper augustus Jerusalem et Sicilie Rex. Dignum esse decrevimus et consentaneum rationi ut quorum successione gaudemus eorum vestigia in prosequendis beneficiis inmitare. Immo amplificare pocius debeamus. et circa ea precipue que ad summi Regis spectant gratiam et honorem cuius gratia prospere vivimus et nostrum Imperium sublimatum. Igitur ad supplicationem Stephani Archipresbiteri. et clericorum capituli maioris ecclesie Baroli. ac Angeli de marra. familiaris nostri fidelium nostrorum. ob reverentiam Jhesu Christi et ipsius virginis gloriose matris eius. quorum suffragiis regni nostri gubernacula nos cognoscimus possidere. et pro remedio etiam animarum pie memorie progenitorum nostrorum. Per presens Privilegium concedimus confirmamus et donamus in perpetuum eisdem Archipresbitero et Capitulo barolitano Ecclesie Quartam partem. decimarum baiulationis. dohane et aliorum Jurium Curie nostre in Barolo. et sex *degalitra* (1) cere. de proventibus eiusdem dohane. pro cereo pascali per annum. que eidem Ecclesie per quondam Regem Guillelmum secundum consobrinum nostrum ac divum augustum quondam patrem nostrum Imperatorem Henricum recolende memorie per privilegia eorundem progenitorum nostrorum per eosdem supplicantes nostre curie assignata. concessas fuisse. nec non et que Archipresbiterum et capitulum dicte ecclesie Baroli per Inquisicionem de mandato nostri culminis inde factam et in nostra curia presentatam et examinatam. consuevisse percipere et habere temporibus dominorum ipsorum. usque ad tempus quo Tranensis Ecclesia eas illicite occupavit nostre constitit maiestati. De habundaciori quoque benignitatis nostre gratia ad supplicationem predictorum fidelium nostrorum pro parte eorum et universitatis civitatis nostre Baroli nostrorum fidelium. quos tamquam benemeritos et ad servicia nostra promptos libenter audivimus. cum civitatem eandem utpote fidelem et devotam nobis in omnibus velimus in hiis et maioribus decorare de benivolentie nostre gratia speciali. sub titulo reverende festivitatis eiusdem virginis gloriose marie cuius beato nomine dicta Ecclesia nuncupatur. et sub cuius patrocinio nominata civitas confovetur eidem civitati duximus concedendum. ut singulis annis infra mensem Augusti generales mundine. seu forum semel in anno. octo diebus continue duraturum. ab octavo videlicet eiusdem mensis augusti usque per totum diem festivitatis assumptionis eiusdem beate Marie virginis numerando libere sine aliquo iure dohane vel alicuius alterius iuris curie quocumque nomine censeatur per nostram Curiam nullatenus exigendo. tam per ipsos cives quam per quoslibet exteros undecumque ad ipsum forum seu nundinas concursuros. debeant de cetero fieri in eadem Civitate Baroli et sub securitate nostre celsitudinis imperpetuum celebrari. Ea propter tenore presentium sub obtentu gratie nostre firmiter volumus et mandamus ut presens nostra concessio et donatio. semper omni futuro tempore rata inviolataque tam a nobis quam a nostris officialibus et heredibus

(1) Cioè *Decalitra* parola greca che significa il peso di dieci libbre.

ac successoribus nostris. debeant in perpetuum observari. Et nullus sit qui eam in aliquo infringere seu violare presumat quod qui presumpserit indegnationem nostram et malediccionem perpetuam se sentiat incursurum. Ad huius autem concessionis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum presens Privilegium nostrum. fieri et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Datum apud Salpas anno dominice Incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo quarto mensis decembris octave Indictionis.

XVII.

Anno 1259. Febbraio 2ª Indizione — Orta.

Re Manfredi dona il castello di Macchia a Tommaso Gentile Maestro Giustiziero del Regno, pe' suoi meriti.

Pergamene sciolte di Bitonto, nell' Archivio di Stato di Napoli.

Manfridus:· dei gratia Rex Sicilie. Ad prestanda devotiora servitia fideles invitantur Ardentius cum recompensationis condigue gratiam ex antecedentibus meritis sortiuntur et indefesse pro domino laborare non desinunt cum laboribus prestitis respondere magnifice recompensationem fructuum intuentur. Per presens igitur privilegium notum fieri volumus Universis tam presentibus quam futuris quod nos attendentes puram fidem et devotionem sinceram quam Thomasius gentilis Magne Curie nostre Magister Justitiarius dilectus familiaris et fidelis noster. ad dive memorie dominos Patrem et fratrem nostros habuisse dignoscitur et ad nos indesinenter studet obsequiosus habere Considerantes quoque grata satis et accepta servitia que celsitudini nostre omni tempore prestitit hactenus devotius prestat assidue et prestare melius poterit in futurum. Castrum Maccle quod olim tenuit Lombardus de Rodio cum hominibus Terris cultis. et incultis. silves. pascuis aquis et omnibus iustitiis rationibus et pertinentiis suis. que de demanio silicet in demanium et que de servitio in servitium de liberalitatis nostre gratia scienter et favorabiliter dicto Thomasio et heredibus suis in perpetuum duximus concedendum. Ita tamen quod Castrum ipsum tam Idem quam eius heredes a nobis et successoribus nostris in Capite teneant et cognoscant et immediate servire exinde tantum nostre Curie teneantur Viventes inde iure francorum In eo videlicet quod maior natu exclusis minoribus fratribus et coheredibus suis in Castro ipso solus succedat inter eos nullo unquam tempore dividendo Salvus in omnibus et per omnia honore fidelitate mandato et ordinatione nostra et heredum nostrorum et salvo servitio quod exinde Curie nostre debetur. Ad huius autem gratie et concessionis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum. presens privilegium. per Magistrum Johannem de Santo Victore Notarium et fidelem nostrum scribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Datum apud Ortam. per manus Gualterii de Ocra Regni Sicilie Cancellarii Anno Dominice Incarnationis Millesimo Ducentesimo Quinquagesimo Nono Mense Februarii Secunde Indictionis.

XVIII.

Anno 1259. 4 e 5 Luglio 2ª Indizione — Montescaglioso.

Isolda accorda alcuni privilegi al Monastero di S. Michele di Montescaglioso.

Pergamene di Matera N. 23, nell' Archivio di Stato di Napoli.

✠ In dei nomine Amen. Anno Incarnationis eiusdem. Millesimo ducentesimo quinquagesimo nono. Regnante domino nostro Manfrido dei gratia Rege Sicilie anno secundo feliciter amen. die sabbati quinta Julii secunde Indictionis. Nos perronus de sire Guillelmo. Mambertus Rogerius de sire raone et socii baiuli montis caveosi. fatemur a discreto viro iudice Aytardo de nusco magistro terrarum illustri mulieris domine marchionisse in terra ydronti et Basilicate. recepisse licteras in hac forma. prudentibus viris Baiulis Montis caveosi amicis suis etc. Judex Aytardus de nusco etc. A prefata domina per suas recepimus licteras in hac forma. Isalda etc. iudici Aytardo de nusco etc. cordis nostre salubre. propositum infusum inspiracione divina nolentes ad omnem venerabilem locum omneque collegium. quod accio pia constituit ampliare. qua nostre dignitatis apicibus gubernamus. qua instruimus subiectos nostros pacis cultu. et mediante iusticia confovere. quia nihil est quod nequeat occasui subiacere. quia vero religio quoque ad omnipotentis dei honorem. qua nostris regiminis recepimus moderamen piis locis omnibus affectet nostra providentia providere. illa tamen loca semper habeamus pre oculis. que sub nostri dominatus regimine gubernantur. Cum igitur ecclesia sancti Michaelis de monte caveoso nostram reputemus cameram specialem non immerito circa eius augmentum et comodum nostra versatur intencio et intendit. nam tantum iura ipsius ecclesie perenniter conservare, verum etiam nostris munificis largitionibus decorare. ea propter quia ecclesia sancti Salvatoris sita in tenimento montis caveosi nostris necessariam massariis cum tenimento eiusdem sub protectionis nostre tenemus dominio. quam scimus predicte ecclesie sancti Michaelis obedientiam veraciter extitisse et iure subiectionis a tenimento predicte ecclesie sancti salvatoris prenominatam ecclesiam sancti Michaelis. terratica. decimas. affidaturas. nobis constiterit percipere et habere. devocioni vestre mandamus firmiter iniungendo quatenus de predictis diligenter inquisitione premissa quantumcunque constiterit. de terraticis. decimis. et affidaturis tenimenti dicte ecclesie Sancti salvatoris annuatim posse percipi et haberi. de proventibus baiulationis terre vestre montis caveosi per baiulos qui sunt ad presens vel de cetero in eadem terra preesse contingerit. Venerabili Abbati Monasterii Sancti Michaelis eiusdem terre nostre pro parte dicte ecclesie precium equivalens in pecunia exibere faciatis instanter et facientes. ad fidem curie nostre. et prefati Monasterii cautelam scriptum puplicum fieri de premissis. Datum apud montem Caveosum quarta Julii secunde Indictionis. Volentes itaque predictum mandatum exequi reverenter. prudentie vestre auctoritate nobis commissa firmiter iniungendo mandamus, quatenus forma predicti mandati diligenter actenta. de terraticis. affidaturis. et decimis tenimenti ecclesie sancti salvatoris per vos diligenti inquisitione premissa. quantum nobis constiterit de predictis terraticis. decimis. et affidaturis. annuatim posse percipi et haberi. de proventibus baiulationis vestre pro vestris manibus existenti. Venerabili Abbati Monasterii sancti Michaelis de Monte caveoso pretium equivalens in pecunia exibeatis instanter. facientes de premissis omnibus ad fidem certitudinem et dicti Monasterii cautelam fieri puplicum instrumentum et recipiatis ab eo de hiis que sibi dederitis ad cautelam vestram idoneam apodixam. datum apud

montem caveosum quinta Julii secunde Indictionis. Volentes itaque predictum mandatum exequi reverenter asedente nobis cum Roberto de sire Jesle iudice montis caveosi de mandato predicti iudicis Aytardi probos viros et ydoneos per quos ad inquirenda predicta melius veritas sciri posset venire fecimus coram nobis. et recepto ab eis de veritate dicenda super quibus interrogandi fuerant sacramento ipsos super commissis nobis articulis examinavimus diligenter. Quorum testium nomina deposiciones et dicta ad cautelam predicte domine nec non et Monasterii memorati huic instrumento decreto puplico duximus inserenda. Sire leucius iuratus et interrogatus dixit se scire quod interfuit et vidit quod Abbates Monasterii sancti Michaelis de monte caveoso qui pro tempore fuerunt specialiter quondam abbas martinus premortuus pro parte dicti Monasterii perceperunt vel percipere consueverunt. decimas, et terraticas de tenimento sancti salvatoris et comoditatibus ecclesie dicti Monasterii applicari. dixit etiam se interfuisse et vidisse dictos prelatos dicti Monasterii percepisse. vel percipere consuevisse affidaturas de tenimento predicto tam a domo hospitalis que est in tenimento turris maris quam ab aliis. de quo vidit prefatum abbatem martinum percipere pro predicta affidatura ab hospitali predicto iuvencos et pultros equos per diversas vices. interrogatus de tempore dixit quod fuit tempore domini imperatoris frederici et ultra. Item interrogatus quantum posset percipi et haberi annuatim de terraticis. decimis et affidaturis tenimenti sancti salvatoris dixit se scire. Interrogatus quomodo sciret. dixit quod idem testis habita recompensatione temporis sterilis ac fertilitatis tempus annuatim essent proventus predictorum iurium pro unciis aureis tribus et tareni auri quindecim. et posset percipi et haberi. de proventibus predictis si non venderentur ad cabellas communi hominum estimacione quantitas pretaxata. Alep iuratus et interrogatus dixit idem per omnia ut sire leucius et adidit quod muczulus tunc temporis Baiulus Monasterii sancti Michaelis percepisse pro parte dicti monasterii ab hospitale turris maris pro affidatura dicti sancti salvatoris quosdam iuvencos et pro terraticis sive decimis frumentum et ordeum de tempore dixit ut primus Johannes magistri Georgii iuratus et interrogatus. dixit se scire quod cum esset Baiulus montis caveosi ipse cum aliis sociis percepit decimas. terraticas. affidaturas et iornalas ab hospitale turris maris et ab aliis laborantibus in tenimento sancti salvatoris. pro tenimento sancti salvatoris. Interrogatus quomodo sciret dixit quod interfuit et vidit. et ipse testis cum aliis sociis percepit pro tenimento dicti sancti salvatoris. decimas. terraticas. affidaturas. et iornalas. de tempore dixit quod fuit tempore Regis Corradi. Item interrogatus de valore terraticorum. decimarum. affidaturum et iornalium predicti tenimenti dixit idem per omnia ut primus Guillelmus de Sire Jacobo iuratus et interrogatus dixit idem per omnia ut Johannes magistri Georgii. Nicolaus de marzatico iuratus et interrogatus dixit se scire quod abbas martinus concessit domino cataldo de edona ad certum epheteosin ecclesiam sancti salvatoris cum tenimentis eius et idem dominus cataldus percipiebat vel percipere faciebat. pro tenimento sancti salvatoris decimas. terraticas. affidaturas et iornalas. Interrogatus quomodo sciret dixit quod interfuit et vidit de tempore ut premissum. Item interrogatus de valore terraticarum. decimarum. affidaturarum et iornalium predicti tenimenti dixit idem per omn a ut premissum. Angelus calzonus iuratus et interrogatus dixit se scire quod abbas martinus premortuus percipiebat sive percipere faciebat decimas. terraticas. et affidaturas de tenimento sancti salvatoris. Interrogatus quomodo sciret dixit quod interfuit et vidit. adidit etiam quod cum ipse testis esset Baiulus cum aliis sociis percepit pro predicto tenimento sancti salvatoris a quibusdam laborantibus ibidem decimas. terraticas. affidaturas et iornalas eaque venditum erat eis ad cabellam dicto tempore dixit quod fuit tempore domini Imperatoris et tempore domini regis Corradi. Item interrogatus de valore terraticarum. decimarum. affidaturarum. et iornalium predicti tenimenti dixit idem per omnia ut primus. Guillelmus de malfitano iuratus et interrogatus dixit idem per omnia

ut angelus calcianus. Alexius iuratus et interrogatus dixit idem per omnia ut Angelus calcionus. Palmerius de nocte iuratus et interrogatus dixit idem per omnia ut Angelus calcionus. Julianus de Seianni iuratus et interrogatus dixit idem per omnia ut Angelus calzonus. Jeremias iuratus et interrogatus dixit ut angelus calcionus et adidit quod ipse testis percepit ex parte abbatis monasterii sancti michaelis decimas. terraticas. affidaturas. et iornalas de tenimento sancti Salvatoris. et vidit et interfuit quando baiulus predicti monasterii percipiebat a quibusdam laborantibus in tenimento sancti salvatoris predicti. pro parte predicti monasterii affidaturas. decimas. terraticas. et iornalas. Gualterius de domina Mabilia iuratus et interrogatus dixit se scire dominum cataldum de edona habuisse dictam ecclesiam sancti salvatoris cum tenimento eiusdem ad certum epheteosin a monasterio montis caveosi. dixit etiam se scire eundem dominum cataldum percepisse pro predicto tenimento. affidaturas. decimas et iornalas a quibusdam laborantibus in predicto tenimento. adidit etiam quod ipse testis una cum aliis sociis cepit currus hospitalis turris maris et assignavit eum domino cataldo predicto. et vidit quando dominus cataldus devenit ad pactum ad certam pecuniam quantitatem. pro affidatura dicti tenimenti. Intorrogatus quomodo sciret dixit quod interfuit et vidit. de tempore dixit quod fuit tempore domini Imperatoris. Unde ad futuram memoriam et tam prefate domine quam predicti monasterii caucionem presens publicum instrumentum inquisicionis predicte exinde fieri rogavimus per manus riccardi puplici montis caveosi notarii qui vobiscum ad inquirenda predicta presens interfuit. subscriptionibus predicti Roberti et domini riccardi iudicis montis caveosi et aliorum subscriptorum testium communitum. Quod scripsi ego Riccardus puplicus montis caveosi notarius quia predictis interfui et solito meo signo signavi.

✠ Ego Robbertus montis caveosi iudex
✠ Ego Riccardus iudex montis caveosi
✠ Ego Johannes puplicus montis caveosi notarius
✠ Ego notarius Guicchonus de monte caveoso
✠ Ego Guillelmus pappalardus interfui
✠ Ego Mobertus interfui
✠ Ego Guillelmus de niceta interfui
✠ Ego Johannes de magturo interfui
✠ Ego Latergerius de sire melia interfui
✠ Ego Judex Sernisso de monte caveoso interfui

XIX.

Anno 1259. 24 Luglio. 2ª Indizione — al Campo presso Logopesole.

L'abate del monastero di S. Michele di Montescaglioso ricorre a Manfredi Maletta Gran Camerario del Regno, perchè viene turbato nel possesso di una proprietà di quel monastero.

Pergamene di Matera N. 24, nell' Archivio di Stato di Napoli.

Manfridus Malecta dei et Regia Gratia Comes Minei et Magnus Regni Sicilie Camerarius. Goffrido de Sasso Terrarum suarum Magistro dilecto sibi salutem et dilectionem sinceram. Pro parte Venerabilis Abbatis Monasterii Sancti Michaelis de Monte Caveoso

fuit expositum coram nobis quod cum Monasterium ipsum quasdam terras in fulmine bradani. in loco qui dicitur Anglonus de Galaso. a tempore cuius non estat memoria tenuerit et possederit pacifice et quiete, et iam elapsis annis sedecim idem fluvius in terris predictis novum sibi alveum constituerit veteri derelicto nec unquam propterea predictum Monasterium super possessione terrarum ipsarum inter utrumque alveum existentium toto predicto sedecim annorum spatio fuerit ab aliquo pro parte Curie molestatum tu occasione predicta Monasterium ipsum in eisdem terris inter alveos molestas. et terras ipsas niteris ad nostrum demanium revocare in ipsius Monasterii preiudicium manifestum. Super quo cum sibi supplicaverit provideri dilectioni tue mandamus, quatenus si premissa veritate nituntur ipsum in terris predictis contra iustitiam ulterius non molestes. Datum in campis prope locum pensilem vicesimo quarto iulii secunde Indictionis. (1259)

XX.

Anno 1259. 6, 7 e 25 Agosto. 2ª Indizione — Montescaglioso.

La marchesa Isolda figliuola del defunto marchese Lancia, fa alcune concessioni al monastero di S. Michele di Montescaglioso.

Pergamene di Matera N. 25, nell' Archivio di Stato di Napoli.

✠ In dei nomine Amen. Anno Incarnationis eiusdem Millesimo ducentesimo quinquagesimo nono. Regnante domino nostro Manfrido dei gratia Rege Sicilie. Anno secundo feliciter Amen. Die lune vicesimo quinto augusti secunde Indictionis. Nos Judex Berardus gerens vicem nobilis viri Judicis Aytardi de nusco magistri terrarum domine marchionisse in Basilicata et terra Ydronti. et montis Caveosi Judex. Riccardus eiusdem terre puplicus notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati. presenti scripto fatemur. prudentem virum Judicem Sansonem de mente caveoso. a prefato nobili viro Judice Aytardo de nusco recepisse licteras in hunc modum: prudenti viro Judici Sansoni de montecaveoso Amico suo. Judex Aytardus de nusco totius terre Marchionisse magister salutem et dilectionem sinceram. Ab illustri Muliere domina Isolda filia quondam domini Marchionis lancee. domina honoris castri nuper recepimus licteras in hac forma. Isolda Marchionissa et cetera. Judici Aytardo de nusco et cetera. Non est novum quod agredimur et devotioni tue credimus non ignotum. Venerabilibus locis et personis deo servientibus manum nostre protectionis quantum nostre opis extiterit. hactenus possessisse. nec volumus te latere omnibus pys locis favorabiliores fieri in futurum deo propitio et nostrum propositum super pie actionis operibus confirmante. Cum igitur Monasterium ecclesie sancti Michaelis de monte caveoso reputemus nostram cameram specialem. et velimus ipsum non tantum iuribus suis destitui. set nostris beneficiis ampliari. Recolimus dedisse tibi per nostras litteras in mandatis. ut extimacionem proventuum ecclesie sancti Salvatoris. ad ius et dominum predicti Monasterii pertinentis dompno Andree venerabili Abbati ipsius Monasterii deberes integraliter impartiri. set cum prospexerimus hoc. in generale suum preiudicium redundare. propter mutationes temporum et amotiones nostrorum officialium subiectorum. volumus et mandamus. quatenus predictam ecclesiam sancti salvatoris cum omnibus terris possessionibus. terraticis.

decimis. affidaturis. iornalibus et omnibus iuribus suis. predicto Abbati pro parte ipsius Monasterii restituere debeas. non permittentes ipsum super possessione ipsius ecclesie. et iuribus ipsius ab aliquo molestari. massariis nostris salvo iure decimarum quod debetur ecclesie memorate. in tenimentis ipsius in posterum moraturis. usque dum fuerit nostre propositum voluntati. Iniungentes nichilominus ex parte nostra Baiulis sub tua iurisdictione existentibus et futuris. ut de tenimento predicte ecclesie sancti salvatoris se nullatenus intromictant. de restitutione vero predicte ecclesie sancti Salvatoris ad cautelam prefati monasterii facias fieri puplicum instrumentum. datum apud montem caveosum sexto augusti Indictione secunda. verum quia ad exeguendum prescriptum mandatum non possumus personaliter interesse. Aliis serviciis predicte domine occupati. vobis in hac parte commisimus vicem nostram. prudencie vestre qua fungimur auctoritate mandantes. quatenus inspecta forma prescripti mandati et diligenter ottenta. nos ad locum personaliter conferentes ubi predicta ecclesia sita consistit. predicto dompno Andree venerabilis Abbati monasterii sancti Michaelis de monte caveoso. pro parte ipsius monasterii prefatam ecclesiam rancti Salvatoris. cum omnibus terris. possessionibus. terraticis. decimis affidaturis. iornalibus. et omnibus iuribus suis restituere debentis ipsum Abbatem in possessionem predicte ecclesie corporaliter inducentes. massariis dumtaxat predicte domine in tenimento predicte ecclesie salvo iure decimarum. quod debetur ecclesie memorate in posterum moraturis. usque dum fuerit predicte domine propositum voluntate. de restitutione vero predicte ecclesie. ad cautelam predictorum monasteriorum faciatis fieri puplicum instrumentum. datum apud montem Caveosum septimo Augusti Indictione secunda. Volentes itaque predictns Judex Sanson prescriptum mandatum exequi reverenter. ad locum ubi predicta ecclesia sita consistit. se personaliter conferentes. convenientibus etiamin eodemloco domino Accardo Guiczardo magistro domus prefate domine. et patrono de Sire Guillelmo Baiulo predicte terre predictam ecclesiam cum omnibus terris. possessionibus. terraticis. decimis. affidaturis. iornalibus. et omnibus iuribus suis. predicto dompno Andree venerabili Abbati ipsius monasterii pro parte eiusdem presentialiter assignavit. ipsum in possessionem predicte ecclesie tenimentorum et iurium suorum corporaliter inducendo. Massariis predicte domine in predicta ecclesia et tenimentis suis salvo iure decimarum quod debetur ecclesie memorate in posterum moraturis. usque dum fuerit predicte domine beneplacitum voluntatis. Unde ad futuram memoriam et predicti dompni Abbatis et monasterii sui cautelam. presens puplicum scriptum exinde fieri fecimus per manus nostri predicti Riccardi puplici montis caveosi Notarii nostris et subscriptorum testium subscriptionibus roboratum. Quod scripsi ego predictus Riccardus puplicus montis caveosi notarius quia interfui omnibus supradictis. et solito meo signo signavi. Anno. Mense. die. et Indictione pretitulatis.

✠ Vitardus Judex Montis Caveosi Qui supra
✠ Ego Tancredus de guarino
✠ Thomasius publicus montis caveosi notarius
✠ Ego Mobertus interfui.
✠ Ego leo de niceta interfui
✠ Ego Petrus Piscopus interfui
✠ Ego Nicolaus Sireiesse interfui
✠ Ego Guillelmus de niceta interfui

XXI.

Anno 1261. 28 Giugno 4ª Indizione — Montepeloso.

Isolda figlia del Marchese Lancia conferma tutte le donazioni ed i privilegi concessi al monastero di S. Michele di Montescaglioso.

Questa pergamena con moltissime altre di non minore importanza possedeva il Cav. Niccola Jeno de' Coronei di S. Demetrio Corona, mio amico, che gentilmente mi permise copiarla per pubblicarla; per la cui immatura morte ora si tiene dal suo fratello Achille.

✠ Anno incarnationis domini nostri ihesu Christi. Millesimo. Ducentesimo. Sexagesimo Primo. Regnante domino nostro Maymfrido dei gratia invictissimo Rege Sycilie. Anno Regni sui quarto. Die Martis. Vicesimo Octavo Junii. Quarte Indictionis. Apud Montispilosum. Sicut dignum est Venerabilia loca dotium largitionibus ampliare. sic eorum privilegia debeat inviolabiliter observari eisdem. Ea propter nos Isolda Marchisia filia quondam domini marchisii lancia domina Honoris Castri Montispilosi et Montiscaveosi firmum ac irrevocabile gerentes propositum. Monasteria et omnia loca venerabilia pijs actibus confovere: privilegia omnia et iura indulta atque concessa a predecessoribus nostris venerabili monasterio Ecclesie sancti Michaelis de montecaveosi. illud maxime quod quondam dominus hugo de Maccla Comes predicte terre nostre Montiscaveosi. eidem Monasterio super diurnis operis messarum segetum Monasterii supradicti indulsit. intuitu dei et beati Michaelis Archangeli. et respectu habito ad pios et laudabiles actus domni Andree Venerabilis Abbatis ipsius Monasterii et conventus eiusdem. predicto Monasterio prout continetur in suis privilegiis confirmamus. et in perpetuum concedimus de novo eidem. Statuentes atque mandantes ut nemo super privilegiis suis. et precipere super dicto privilegio operarum indulto monasterio supradicto. Monasterium ipsum molestare vel inquietare presumat. Quod qui fecerit. sciat se libras auri duas Curie nostre. et totidem eidem monasterio soluturum. predicto privilegio nichilominus prius pene compositione in suo robore permanente. Ad huius autem concessionis confirmationis et donationis nostre memoriam. et ad robur perpetuo valiturum. presens privilegium exinde fieri mandavimus per manus Guillelmi iudicis Stephani de neritone Curie nostre notarii. et sigilli nostri munimine fecimus roborare. Quod ego qui supra notarius Guillelmus de mandato prefate domine scripsi. et consueto signo meo signavi. eo quod interfui. Anno. die. mense et indictione predictis.

Da un nastro di seta rossa pende il suggello in cera rossa di forma ovale di perfetta conservazione ed avvolto in una borsetta, originale e contemporanea al suggello, di seta rossa con rabeschi e figure di uccelletti rappresentati in quel tessuto. Nel mezzo del suggello vedesi la intera persona d'Isolda che sta in piedi chiusa in una ghirlanda di fiori, indossa una lunga veste e nella mano destra à una rosa, e d'intorno la leggenda:

✠ Isolde Filie Quondam Domini Marchisii Lancee.

XXII.

Anno 1265. Marzo 8ª Indizione — Foggia.

Re Manfredi conferma al monastero di S. Michele di Montescaglioso la concessione fattagli da Emma contessa di S. Severino figliuola del re Ruggiero, della metà de' provventi di Torre di Mare.

Pergamene di Casa Jeno de' Coronei.

Manfridus dei gratia Rex Sicilie Gualterio de Augusta Justitiario terre ydronti fideli Suo. graciam suam et bonam voluntatem Sua nobis Andree venerabili Abbati monasterii Sancti Michaelis de Montecaveoso fideli nostro peticione mostravit quod cum Monasterium ipsum ex concessione Emme comitisse civitatis Severiane divi Regis Rogerii filie Amite domini patris nostri medietatem proventuum turris maris obtinuerit et possiderit continue usque ad presentia tempora sine aliquo servitio militari confirmatione domini patris nostri deinde subsecuta. Tu pro eo dum taxat quod invenitur in qunquestione facti anno preterite Sexte Indictionis in ipsis partibus per Comitem bonifacium de Anglano dilectum Avunculum nostrum Monasterium Sancti Michaelis de Montecaveoso habet et percipit medietatem proventuum turris maris. quod ascendat ad summam duodecim unciarum ab eodem abbate addoamentum exigis vel servigium militare contra consuetudinem obtentum hactenus et contra privilegia Monasterio eidem videlicet curie nostre per dicta privilegia nostre curie presentata quod medietas proventuum Turris maris concessa fuit dicto Monasterio sine aliquo servitio militari Tue fidelitati mandamus quatenus ab exactione addoati quod de ratio exigitur a Monasterio ipso desisteris Abbatem et Monasterium ipsum aput hoc Militarem servitium non requiris.

Datum per Johannem de procida aput Fogiam quintodecimo martii octave Indictionis.

XXIII.

Anno 1266. 1 Luglio 9ª Indizione — Lagopesole.

Carlo I di Angiò fa restituire all'abate del monastero di S. Michele di Montescaglioso il luogo denominato Geguno presso il casale di Camarda.

Pergamene di Matera n. 29, nell' Archivio di Stato di Napoli.

Karolus dei gratia Rex Sicilie et cetera. Spassono domino de Riex iustitiario basilicate etc. Ex parte venerabilis Abatis et conventus monasterii sancti michaelis de monte caveoso nostrorum fidelium fuit expositum coram nobis quod cum idem monasterium teneret et possideret quemdam locum qui dicitur Geganum situm prope casale camarde. ad ipsum monasterium pleno iure spectantem. Leucasius fautor quondam Frederici imperatoris et Manfridi olim principis Tarentini dictum monasterium de dicto

loco indebite spoliavit et ipsum detinuit usque ad hec felicia tempora nostra in ipsius monasterii preiudicium occupatum. propter quod nobis humiliter supplicarunt ut dictum locum predicto monasterio restitui cum iuribus et pertinentibus suis de benignitate Regia dignaremur. Itaque mandamus tenore presentium quatenus predictum locum Geguni eidem Abbati et monasterio cum omnibus iuribus et pertinentiis suis si de illius dominio vel proprietate seu possessione notum fuerit sine difficultate restituas et resignes. Jure nostro et cuiuslibet reservato. datum apud lacum pensilem primo iulii none Indictionis. Regni nostri anno secundo.

XXIV.

Anno 1268.

Re Carlo I di Angiò scrive al Potestà ed al Comune di Lucca la vittoria avuta sopra Corradino, e la sua assunzione a Senatore perpetuo di Roma.

Nella Biblioteca Angelica di Roma. D. 8. 17.

Carolus etc. potestati etc. Lucensi etc. salutem et omne bonum. Devotionis vestre benigne recepimus litteras et intelleximus per easdem qualiter emulorum procacitas falsis semper opinionibus assueta de persona nostra sinistra seminare conatur , Et indulte nobis de Curradino et seguacibus suis finali victorie derogare, ut eorum infelicitas occultetur, Cum omnipotens dissipans conventicula inimicorum malisque sua virtute finem imponens conclusit in nostris manibus omnes precipuos inimicos, Corradinum videlicet dompnum Henricum olim senatorem urbis, ac ducem Austrie, Galvanum Lancie eiusque filium, iam in capitali sententia condempnatos. Vos, si contraria referantur ab emulis, non curetis, quoniam quod facile nolunt credere satis mature videbunt suis capitibus iminere. Super hiis autem, quod Pisanorum nuntios venturos scripsistis ad veniam postulandum, scire vos volumus, quod apud sedem apostolicam et apud nos non aliam invenient veniam quam pro suis excessibus meruerunt. Confortemini ergo et super tam glorioso triumpho in eius, qui dedit potentiam, exultantes ad gravandum et deprimendum omnes hostes eo animosius insistatis, quo principalibus contritis capitibus nulla resistentia est in membris, Scituri, quod nos statum vestrum sic intendimus iuxta vestrorum meritorum exigentiam ampliare et nostris beneficiis et favoribus honorare, quod merito gaudere possitis constantes atque fideles in ecclesia Romana nostris servitiis extitisse. Nec ignorare vos volumus, quod nos in senatorem urbis sumus perpetuo ad vitam assumpti, manentes in ipsa urbe ac fruentes per dei gratiam corporis sospitate. exinde compositis per dies aliquot urbis negotiis in regnum nostrum protinus procliturì ad cunctorum proditorum exterminium et ruinam.

XXV.

Anno 1270. 2 Luglio 13ª Indizione — Napoli.

Carlo I di Angiò dona a' confrati de' Ss. Dionigi, Martino ed Eligio uno spazio di terra fuori la città di Napoli presso la Porta Nuova e propriamente dove si fa il mercato, per costruirvi la chiesa e l'ospedale.

Registro 1269. S. fol. 172 anticamente distrutto, riportato da Carlo De Lellis a p. 208 del vol. I de' suoi Notamenta ex Registris antiquioribus Caroli Primi Regis ex Regia Sicla Neapolis. *MSS. da me posseduti.*

Carolus Rex etc. Presens privilegium notum fieri volumus universis tam presentibus quam futuris quod Nos dominice pietatis intuitu ad honestos viros confratres beatorum Dionysii Martini et Heligii Episcoporum devotos nostros specialem habentes dilectionis affectum plateam curie nostre positam extra Civitatem Neapolis iuxta Portam novam ipsius civitatis et iuxta locum ubi forum magnum Neapolitanum singulis hebdomadis celebratur que a parte occidentis habet fossatum muri eiusdem Civitatis Neapolis eadem porta consistit a parte meridiei sunt vie puplice a parte orientis campum puplicum ubi fit mercatum puplicum et a parte septentrionis partim terram Monasterii Sancti Severini et partim viam puplicam tenore presentium eisdem confratribus concedimus tradimus et donamus de liberalitate mera et gratia speciali ut in ipsa platea ecclesiam et hospitale ad honorem predictorum Sanctorum construant pro recipiendis pauperibus et fluentibus ad hospitale predictum Permittimus etiam eisdem confratribus quod si hospitale sancti Joannis Jerosolymitani in Neapoli ius aliquod in eadem platea se habere probaret Nos eidem hospitali Sancti Joannis id de nostro proprio resarciri et emendari proculdubio faciemus ut autem huiusmodi nostra concessio plenum robur obtineat firmitatis presens privilegium exinde fieri et sigillo Maiestatis nostre iussimus communiri. Datum Neapoli per manus venerabilis viri Magistri Gaufridi de Bellomonte Regni Sicilie Cancellarii Anno domini MCCLXX mensis Julii ij die mensis eiusdem XIII Indictionis Regni nostri anno sexto feliciter. Amen.

XXVI.

Anno 1276. 28 Agosto 4ª Indizione — Roma.

Statuto delle Regie Razze.

Registro Angioino 1275. A. n. 22 fol. 181 t. 182.

STATUTUM ARACIARUM

Marescalcus recipit per mensem pro solidis ad pervum pondus unciam auri unam. Item pro Annona unius Roncini Curie quem equitat pro qualibet nocte tertiam partem Thumini de ordeo.

Quilibet Scuterius recipit per mensem pro solidis ad dictum pondus tarenos Tres et

grano XV. pro victu per mensem frumenti Thuminos ij. et pro potu ad barrile Amantee. barrile j. et medium.

Quilibet Jumentariorum recipit per mensem pro solidis ad idem pondus. tarenos. iij. grana xv. in Calabria pro vidanda per mensem Thuminos frumenti ij. in Apulia pro solidis et Companagio ad idem pondus tarenos auri. iiij et grana viiij.

Item pro singulis Quinque stallonibus quando custodiuntur ad presepe non commendo farraginem dantur per noctem pro Annona Thumini duo pro qualibet pultro per noctem datur pro Annona tertia pars Thumini ordei.

In singulis autem Aracijs in principio vidilicet cuiuslibet anni fiant inventaria publica Quatuor consimilia continentia omnia animalia araciarum ipsarum tempore pilaturas. mercaturas. Balsanaturas. omnium ipsoram animalium et res omnes receptas cum animalibus ipsis per prepositum Araciarum ipsarum appropositis eorum necnon numerum animalium si quo receperunt infra tempus officij eorum a quibus et quando cum pilaturis et mercaturis eorum ac numerum tempus et pilaturas pultrorum et pultrarum natorum in Aracijs distincte de Annis singulis tempore officij eorum que insuper et iumenta gravida fuerint et si aliquo ex eis forsan patientur aborsium et nascitam etiam pultrorum et pultrarum priusquam iumenta peperint qui vel que vivi remanserunt quorum Jumentariorum unum habeat Magister Araciarum aliud officialis Araciarum sub eo statutus tertium mittatur ad Magistros Rationales Magne Regie Curie et quartum ad Magistrum Marescalle in Regia Curia morantem.

Custodie quorumlibet Centum et quinquaginta iumentorum deputantur Jumentarij duo quorum quilibet habeat pro equitatu suo iumentum unum sterile de iumentis araciarum Quibuslibet duobus destrarijs stallonibus sive ad presepe custodiantur sive currant deputatur Scuterius unus pro custodia eorumdem adhibito sibi pro diligentiori custodia uno de servis Curie Araciarum ipsarum quorumlibet scuteriorum cuilibet dantur solidi et vidanda ut supra.

Item cuilibet predictorum Stallonum tempore quo currunt sive ad manum comperiant datur ultra consuetam Annonam per noctem quarta pars Thumini de ciceribus et quando custodiuntur in Erba seu farragine nichil datur eis pro annona de ordeo.

Item cuilibet Stalloni et Equitaturi Jumentariorum predictorum dautur Arca ferri Tres cum Clavis per mensem.

Item quilibet Servorum qui depuntantur cum Scuterijs ad custodiam Stallonum recipit per annum Tunicam unam et Capam unam de panno de Albasio vel de panno albo de lana. Camisias duas. bracas duas de Cannapacio paria duo de Caligis de panno albo de lana et de scarpis par unum de lana per mensem et pro vidanda Thuminum unum similiter de frumento per mensem.

Item statuebatur in Marescalla Aracie Senescalcus unus qui habeat Jumentum unum de Jumentis Curie sterilibus ad equitando qui recipiebat sicut unus ex Jumentarijs solidos et vidandam pro se debebat recipere frumentum ordeum ferros et alia queque necessaria Marescalle et ministrabat ea prout expediebat iuxta statutum predictum.

Item pro luminaribus Marescalle dantur per Annum de oleo ad starum Bari staria quinque pro faciendis etiam medicinis et emplastis. dantur similiter de oleo ad starum Bari staria Tria.

Item pro quolibet proposito Araciarum et Marescalle dantur per mensem pro expensis ad dictum pondus tareni septem ed medium.

Capestra autem retine et pastore ac huiusmodi alia qae sub statuto non comprehenduntur ministrare consuverunt prout necessitas requirebat.

Item deputatur notarius unus cum Senescalco ad scribendum rationes eiusdem qui habebat Jumentum unum sterile de Jumentis Curie pro equitatu suo cui dabantur solidi et vidanda sicut Marescalco.

Pro qualibet mulo Asino vel Asina seu mula cum custodiebantur ad presepia debatur pro Annona ordei quarta pars Thumini.

Item erat in Marescalla Massaria de Aracijs cui proponebatur pro parte Curie aliquis bonus massarius de hominibus contrate et deputabantur ad ipsa Aracia servi Curie qui erant in eadem Marescalla quorum quilibet recipiebat vidanda et Calsiamenta sicut servi Curie prescripti excepto tempore messium quo debatur cuilibet eorum par unum Occearum.

Item deputati sunt in Aracijs omnibus citra farum cum prepositis seu magistris Araciarum ipsarum notarij Tres. Unus videlicet in Calabria. Alius in Basilicata. et tertius in Capitinata quorum cuilibet dantur expresse per se et equo uno iuxta assisiam Curie.

Datum Rome per Magistrum Vicecancellarium etc. die. xxviij°. Augusti. iiij^a indictionis.

XXVII.

Anno 1278. 14 Marzo 6ª Indizione — Torre di S. Erasmo presso Capua.

Capitoli del Maestro delle Regie Scuderie.

Reg. 1278. D. n. 32. fol. 179 t.

Scriptum est Petro de Hugot militi familiari et fideli suo etc. fidelitati tue firmiter et expresse precipimus quatenus sicut gratiam nostram caram habes presentem ordinationem et provisionem nostram observes et facias inviolabiliter observari in officio Scuterie tibi nuper per excellentiam nostram commisso Que ordinatio et provisio talis est. Quod facias fieri inventarium de omnibus equis nostris. mulis et mulabus qui sunt in presenti cum pilaturis. balsanaturis et distinctione equorum qui sunt ad arma et quot et qui sint palafredi et quot et qui sint Ronzini et quot et cuius qualitatis si sint pultri vel equi prefacti. Item fieri facias inventarium de omnibus rebus Camere Marescalle que sunt in presenti videlicet Sellis. frenis et aliis utensilibus ad opus Marescalle predicte. de quo inventario fieri facias tres quaternos consimiles. sigillatos sigillo tuo Gobertini et Johannis de Blesis clerici dati tibi per Curiam nostram. quorum unum habeas. tu et predictus Johannes de Blesis. alium habeant statuti super officio Graffi et tertium habeant Magistri Rationales. preterea quia in arresta cuiuslibet diei. oportet quod sciatur numerus equorum mulorum et mularum. propter ordeum quod recipiunt nocte qualibet animalia predicta et propter clavos ferros. clavos sellas. frena et alia oportuna pro animalibus ipsis per Magistros Rationales per statutos super officio graffi et quicumque morietur vel donabitur aliquis equs mulus vel mula scribatur in predictis tribus quaternis. dies quando morietur vel donabitur Equs mulus vel mula ut tantum deducatur in arresta. de ordeo. ferris. clavis. et aliis quantum ascendit summa equorum. mulorum seu mularum mortuorum vel donatorum simili modo quo presentabuntur vel ementur. Equi vel veniant pultri de Araziis nostris scribatur in predictis tribus quaternis. dies presenti seu doni facti nobis vel emptionis aut assignationis equorum ipsorum in Marescalla predicta cum pilaturis et balsanaturis. mense et indictione ut in arresta similiter addatur. de ordeo et aliis quantum ascendit summa Equorum qui accrescent modo predicto in Marescalla ipsa. Item de equis affollatis servabis tu et clericus tecum

deputatus quod quando equs affollatus assignabitur in Marescalla scribatur in predictis tribus quaternis dies assignationis ipsius equi affollati cuius fuerit et si fuerit equs ad arma. palafredus. Ronzinus. Mulus vel mula et facias ipsum medicinari per marescalcos Curie et si forte contigerit sanari predictum equum. similiter scribatur in predictis tribus quaternis. in quibus etiam scribatur. restitutio predicti equi affollati. facto domino ipsius equi et quanta quantitas pecunie restituta fuerit pro eodem et quando contigerit fieri restitutionem equi mortui vel affollati. sive in pecunia sive in equis fiat de mandato nostro sub Sigillo nostro parvo secreto modo aliter fiat restitutio equi mortui vel affollati. nisi statuti super officio graffi habeant mandatum a Curia nostra sub predicto Sigillo parvo nostro secreto et apodixam tuam de receptione equi affollati. Item nullum equum palafredum. Ronzinum. sive Somerium. dabis sive restitues nec dari aut restitui mandabis. de Marescalla seu Araciis nostris seu de quibuscumque aliis equis mulis seu mulabus. nisi habeas mandatum nostrum sigillatum Sigillo nostro parvo secreto. Item de omnibus Pollanis Marescallarum nostrarum et de omnibus inibi necessariis. ac de omnibus defectibus eorumdem prout superius dictum est. tu vel ille qui ad hoc per nos mittentur facietis fieri duo scripta unum per te vel illum qui ad hoc per nos mittetur et aliud per prepositum Marescalle similiter de Araziis et Massariis et de eorum defectibus ut est dictum. duo fiant scripta. Unum per te. vel illum qui ad hoc per nos mittetur et aliud per Magistrum Araciarum. Item quando tibi videbitur utile mittere aut ire per Marescallas nostras in quibus morantur pultri nostri. aut per aracias nostras ubi sunt iumenta tu hoc significabis nobis ita ut possimus ibi mittere te vel aliquem alium secundum quod nobis videbitur expedire. tu vel ille. qui per nos ibi mittetur faciatis fieri de unaquaque Marescalla seu Arazia unum inventarium de omnibus pultris equis sive mulis qui erunt in qualibet ipsarum Marescallarum seu Araziarum designando distincte et particulariter tempus cuiuslibet pultri et pilaturas et balsanaturas. quos et quot secundum arbitrium tuum extimabis per se esse destrarios. et quos et quot palafredos et quos et quot Ronzinos et quot garziones sunt deputati pro custodia ipsorum et qualiter custodiuntur predicti pultri et hoc facias cum conscientia prepositorum illius Marescalle sive Aracie. Item tu vel ille quem ad hoc mittemus ibidem per Aracias Apulie et Calabrie videatis quot iumenta sunt in Araciis ipsis quot stallones equini et quot asinini et si stallones sunt boni quot sunt iumenta crossa quot sunt feta ex eis. quot non crossa et quot annorum sunt non crossa. Item quot iumenta sunt ad mulos quot muli et mule sunt in presenti in Araziis ipsis et quot Annorum cum distinctione pilaturarum et balsanaturarum et cum aliis signis et in quibus locis possunt sumere pascua. Jumenta Araziarum ipsarum sine offensione venationum et solatiorum nostrorum. Item videas si ordinati super custodia Jumentorum ipsorum. sint boni. sufficientes. et legales et si sunt ibi tot custodes quot ordinati sunt per Curiam quantum videre poteris et scire inquirendo caute de fama vel infamia ipsorum et de eorum portamento et si fraudem aliquam hactenus commiserunt officiales vel custodes Araziarum ipsarum. Item videas si Massarie deputate ad substentationem expensarum que fieri habent in Araziis et Marescallis. ipsis et si domus pro Marescallis ipsis sunt in statu vel sunt distructe et in quantum sunt destructe vel deteriorate et sub amministratione cuius Magistri Araciarum et defectum quem inveneris. facias extimari quantum constare poterit rehedificatio seu emendatio huiusmodi defectuum et de supradictis omnibus fieri facias tres quaternos consimiles quorum unum assignes presentie nostre. alium retineas penes te et testium transmictas Magistris Rationalibus. Magne Curie nostre et in omnibus predictis provideas diligenter ut quando veneris ad presentiam nostram possis nos informare qualiter defectus omnes qui in predictis fuerint possint corrigi et emendari. Item quod de omnibus pultris pultrabus. mulis. mulabus. animalibus aliis et de omnibus defectibus. habeatis per Magistros Araciarum et Massariarum deputatos pro negotiis

Marescalle ut superius dictum est. ille qui transmittitur ad hoc per nos de familiaribus nostris et de conscientia nostra presentibus dicto Magistro Aratiarum et preposito Marescalle Equorum. fieri facias tria consimilia instrumenta continentia omnia particulariter et distincte sicut superius est notatum. quorum unum remanebit penes illum qui mittetur per nos. et de conscientia nostra ibi aliud penes Magistrum Araciarum et tertium transmittant Magistris Rationalibus. Item Gabertinus vel unus scutiferorum nostrorum qui presens fuerit. ac clericus predictus deputatus tecum erunt in Arresta. cuiuslibet diei. et tu eris in computo. Xjj. dierum. quotiens te contigerit in Curia nostra esse presentem. Volumus preterea et mandamus ut diligenter caute et fideliter inquirere debeas. quot iumenta pultri et pultre mortua sunt in Araciis et Marescallis nostris ab anno V.ª Indictionis proximo preterite usque nunc. ut super hoc Celsitudinem nostram ad plenum valeas informare. Datum apud Turrim. die. Xiiij.º Marcii (Vjª indictionis)

XXVIII.

Anno 1278. 11 Decembre 7ª Indizione — Foggia.

Capitoli de' Maestri Portolani e Maestri Procuratori per tutta l' isola di Sicilia.

Registro 1278. B. n. 30. fol. 57 t.

Scriptum est Pasckarolo de Trano. et Riccardo de Falcone de Vigilis. De fide et legalitate vestra confisi amotis Johanne de Lentino milite et Matheo Rufulo de Ravello ab officio Magistri Portulanatus et procurationis Sicilie. et eodem Matheo ab officio Tarsianatuum navigii et vassellorum Curie nostre Sicilie et Calabrie. que officia ipsi ambo per nostram Curiam exercebant ita quod ipse Johannes solus officium ipsum Tarsianatuum. navigii et vassellorum iuxta commissionem ipsis ambobus. dudum per Excellentiam nostram factam. sub titulo vice ammiratie debeant exercere. Vos Magistros portulanos et Magistros procuratores per totam insulam Sicilie. loco ipsorum Johannis et Mathei usque ad nostrum beneplacitum duximus statuendos. vestre fidelitati mandantes quatenus statim receptis presentibus ad partes ipsas. vos personaliter conferentes. officium ipsum pertulanatus et procurationis in eisdem partibus ad honorem et fidelitatem nostram diligenter et fideliter exercendo portas litora et maritimas omnes ipsarum partium tam demanii nostri quam Ecclesiarum Comitum et Baronum. diligenter custodiatis et faciatis cum omni diligentia custodiri per ydoneos fideles et sufficientes viros. tantum demanii nostri partium earundem. ad hoc exinde statuendos. ammotis omnibus aliis quibuscumque de quorum statuendorum per vos sufficientia vestris humeris totaliter inheremus ut nulla omnino victualia de quibuscumque portubus et locis maritime Jurisdictionis vestre. seu alia prohibita quelibet absque speciali mandato nostro vobis mittendo sub solito magno Sigillo nostro pendenti. in quo etiam sit impressum Sigillum nostrum parvum secretum. quod sit sculture eiusdem parvi Sigilli nostri secreti. quod impressum videritis in aliis litteris nostris que vobis de mittenda pecunia officii vestri. ad Castrum nostrum Salvatoris ad mare de Neapoli quod vulgariter dicitur Castrum Ovi. et de non expendenda vel exhibenda pro quibuscumque servitiis aliqua pecunia. et de non permittendo extrhai aliqua quantitate victualium de partibus Jurisdictionis vostre. sine specialibus litteris nostris patentibus. Sic utrisque Sigillis nostris magno

videlicet et parvo munitis mictentur aliquatenus extrahantur. Inhibentes etiam specialiter et expresse ut in aliquibus locis decreta vobis provincie. Ecclesiarum. Comitum et Baronum. portus quoquomodo non fiant. nec vascella magna mediocra vel parva seu minima onerentur vel exhonerentur mercibus quibuscumque licitis vel illicitis in portubus. plagiis vel litoribus ipsarum terrarum vel locorum aut onerentur in eis nisi forte maris tempestate vel aliqua alia iusta causa et evidenti necessitate superveniente cogerentur ad partes ipsas in eorum transitu necessario declinare non tamen quod occasione declinationis huiusmodi victualia seu merces alie licite vel illicite onerentur in portubus seu litoribus. locis et maritimis ipsis. vel exonerentur. nec abinde aliquatenus extrahantur set statium sedata temporis tempestate. a locis illis recedant. et conferant se ad portus statutos que omnia sicut nostram gratiam caram habetis. et personarum vestrarum periculum. ac bonorum vestrorum dispendium cupitis evitare. Sicut dicta sunt superius officii vestri tempore inviolabiliter observetis et faciatis tenacitur observari. Ad maiorem quoque cautelam inhibeatis ex parte celsitudinis nostre omnibus Prelatis. Comitibus et Baronibus Jurisdictionis eiusdem. in maritima et locis adiacentibus maritime terras habentibus. qui in terris eorum portum facere non presumant. et quod nulla virtualia vel merces aliquas de maritima seu litoribus terrarum eorum cum vascellis magnis seu parvis per mare extrahant vel extrahy faciant aut permittant Cum licentia extractionis huiusmodi nostro beneplacito reservemus utpote dignitati regie totaliter inherentes. et si forte aliqui prelati. Comites vel Barones in maritima et locis adiacentibus. maritime terras habentes contra prohibitionem nostram huiusmodi in terris eorum portum facere presumpserint et victualia et merces aliquas de mar tima seu litoribus terrarum eorum cum vascellis magnis seu parvis per mare extraxerint vel etrahy fecerint, aut permiserint. Ipsorum nomina et cognomina. et loca in quibus portum fecerint aut fieri fecerint. seu permiserint ac totam naturam ipsius negotii statim celsitudini nostre et Magistris Rationalibus Magne nostre Curie. distincte per vestras litteras intimetis. Nichilominus huiusmodi prohibitionem nostram faciatis voce preconia universis et singulis de Jurisdictione ipsa et mercatoribus maxime tam de partibus ipsis quam aliunde in eisdem partibus negotiantibus divulgari. et extraxionem ipsam districtius inhiberi. et si quos mercatores huiusmodi prohibitionis nostre inveneritis transgressores. sive ex voluntate licentia et permissioue dominorum locorum in quibus portum fecerint. vel honeraverint seu exhoneraverint. Victualia vel merces alias. sive auctoritate propria hoc facere temptaverint. Vascella ipsorum. cum mercibus ipsis et victualibus. ad opus nostre Curie capiatis. significaturi celsitudini nostre. et perdictis Magistris Rationalibus nomina et cognomina mercatorum ipsorum. Vascella et merces que ceperitis et si de permissione et voluntate aliquorum prelatorum Comitum vel Baronum hoc factum fuerit. et quorum in quibus maritimis et locis. seu plagis terrarum eorum et quicquid inde duxeritis faciendum. Cum de terris tantum demanii nostri velimus extrahy merces licitas et statutas. nam licet aliquibus fidelibus nostris gratiose concessimus terras et loca aliqua in maritima et litoribus vel circa maritima constituta. reservavimus tamen nobis et heredibus nostris Jus proprietatem. dominium. et possessionem. totius literis et maritime pertinentiarum terrarum et locorum ipsorum. In quantum a mare infra terram per Jactum Baliste. ipse pertinentie protenduntur. Ita quod de eisdem maritimis infra idem spatium. domini terrarum et locorum ipsorum. aut procuratores vel vassalli ipsorum. se nullatenus intromictant. set custodiantur pro parte Curie nostre per homines demanii nostri tantum. Si vero aliqua super extractione victualium ferendorum extra vel infra Regnum. de portubus Jurisdictionis vestre ad vos mandata celsitudinis nostre predicto modo. sub eodem solito magno sigillo nostro pendenti. et impressione ipsius sigilli parvi nostri secreti directa fuerint nominibus portuum et locorum. a quibus extrahy debeant. non expressis in eis. ea tantum de portubus et locis Jurisdictionis vestre demanii nostri

extrahy patiamini. in ea tantummodo quantitate quam in ipsis mandatis nostris videritis contineri. Recepto ab exrahentibus Jure exiture ipsorum prout mandata nostra distinguentur et exigatis pretereo vel exigi faciatis pro parte Curie nostre de onere cuiuslibet Vascelli habentis duas caveas. navigantes ad partes ultramarinas. balistas de cornu tres. unam. videlicet de torno. aliam de leva et aliam ad unum pedem et habentis unam caveam. balistas duas de cornu unam videlicet ad duos pedes et aliam ad streugam quas ad nostram Cameram destinetis. Demanii vero excadentias et moritticia infra tempus officii vestri nostre Curie in ipsis partibus proventura de quibus vos diligenter et fideliter inquirere volumus et mandamus debeatis cum omni studio et sollicitudine procurare. Insuper quia fidelium nostrorum relatione didicimus quamplura de demaniis excadentiis et moriticiis ad fiscum nostrum de iure spectant nec non quamplura bona stabilia illorum qui se Comites appellabant et aliorum fautorum Manfredi quondam principis Torentini et quamplura et Castra Casalia et possessiones alie et quamplura bona mobilia proditorum nostrorum qui post felices victorias nostras debuerint ad manus nostre Curie provenire sunt capta illicite et detempta mandamus fidelitati vestre et expresse precipimus de premissis omnibus per vos inquisitionem personaliter fieri diligenter et si de eisdem aliqua inveniuntur capta illicite et detempta facto quaterno uno de omnibus que sic occupata invenerit in quo distincte et lucide contineantur universa et singula occupata et si fuerint de demaniis moriticiis et excadentiis Curie nostre ac de bonis fautorum predicti quondam Manfredi vel aliorum proditorum nostrorum que debuerint ad Curiam nostram devolvi et quorum fuerint que sint et qualia et in quibus et ubi consistant ac omnes proventus et redditus earumdem per partes et membra per quos etiam occupata fuerint quomodo et qualiter et ex qua ratione et ex quorum dictis et depositionibus ipsa inveneritis occupata fuisse ac omnia alia Jura Curiam nostram in hiis contingentia. quem quaternum statim sub sigillis vestris predictis in Responsalibus transmictatis possessores et detemptores huiusmodi eccupatorum omnium ad vestram presentiam evocetis et si inveneritis eos de huiusmodi occupata habere aliqua iura legitima vel privilegia citetis eos sub peremptorie ex parte nostra ut incontinenti cum Juribus eorum coram Magistris Rationalibus debeant comparere ad docendum de Juribus eorundem et si infra menses duos vobis non detulerint Celsitudinis nostre litteras responsales de representatione privilegiorum legitimorum seu iurium. vel si forte ipsos coram vobis evocatos nulla iura legitima seu instrumenta eos inde habere inveneritis statim omnia occupata huiusmodi cum fructibus medio tempora interceptis. et qui percipi potuerint ad manus nostre Curie revocetis. ad opus equidem nostre Curie procuranda processus vero totum quem in hiis habueritis distincte seriatim et particulariter celsitudini nostre et dictis Magistris Rationalibus rescripturi. Volumus insuper et mandamus quatenus sicut per nostram Curiam extitit ordinatum si aliqua mandata nostra vobis contigerit destinari que contineant recollectionem vel assignationem pecunie. per vos recipiendam vel exibendam. nec captionem vel assignationem seu restitutionem Castrorum terrarum aliarumque possessionum victualium. animalium quorumlibet. etiam bonorum mobilium Curie aliquibus faciendam. aut quascumque alias res fiscales. ac responsales in Culminis nostri super eisdem. et super consultationibus vestris faciendis. si clausa fuerint ad exequtionem ipsarum non procedatis nisi pendenti sigillo Celsitudinis nostre fuerint sigillata et nisi etiam ipsa mandata nostra pendentia. dirigenda vobis de exibenda vel expendenda pecunia. Ipsis duobus sigillis nostris. magno et parvo fuerint communita. alioquin si secus feceritis processus vestri quos in exequtione ipsorum mandatorum clausorum et non pendentium huiusmodi habueritis in vestro ratiocinio nullatenus admictentur. Immo volumus mandata ipsa clausa et non patentia. vobis deceteris dirigenda in penam vestre temeritatis in vestro ratiocinio non admicti. et mandamus expresse. quod ad restitutionem Castrorum terrarum et possessionum quarumlibet mobilium etiam seseque moven-

tium aliquibus faciendam non procedatis nisi super hiis omnibus exequendis receperatis mandatum specialem celsitudinis nostre patens proventus vero et iura bonorum omnium que ratione officii procurationis ad manus vestras contigerit pervenire. plus offerentibus debita subastatione premissa. ac aliis solempnitatibus observatis que in concedendis iuribus fiscalibus observari consueverint et debent et preter vineas magnas et bonas et Jardena que non decet in extalio locari. studeatis vendere in Cabellam. ut dicta Curia nostra certis possit inniti ad incerta intervacare contingat. et de ipsa venditione tres quaternos consimiles statim in ingressu vestri officii fieri faciatis, quorum unum vobis retineatis. alium celsitudini nostre. et tertium predictis Magistris Rationalibus destinare curetis et continentes omnia et singula iura ipsa quibus locata fuerint et pro quanta pecunie victualium seu rerum aliarum quarumlibet quantitate Contineat etiam quaternum ipsum omnia alia que ratione dicte procurationis contingerit in credentiam procurari. In quibuscunque et ubicunque consistant et nomina illorum et quibus ea procuranda commiseritis et annuos proventus et redditus eorumdem per partes et membra singulariter et distincte significaturi per litteras vestras Celsitudini nostre et Magistris Rationalibus supradictis. nomina terrarum Castrorum Casalium et locorum omnium stabilium que ad manus nostre Curie infra tempus vestri officii et ex qua causa devenerint sive devenire contigerit cum nominibus et cognominibus eorum et quorum fuerint annuo valore ipsorum et numero focularium quorumlibet eorundem Castrorum terrarum et Casalium particulariter et distincte ut in registris nostre Curie et ipsorum Magistrorum Rationalium registrentur. Nichilominus exinde fieri faciatis. duos quaternos consimiles quorum unum celsitudini nostre et alium predictis Magistris Rationalibus sub sigillis vestris mictatis. Capitula vero que tangunt pecuniam victualia Res mobiles seseque moventia. Castra. possessiones et quelibet alia stabilia ac dubia omnia super hiis emergentia super quibus celsitudinem nostram consultaveritis ut ea omnia in dictis Registris diligentissime annotentur predictis Magistris Rationalibus distincte sub sigillis vestris scribere et nuntiare curetis. et de predictis omnibus quotiens ea vos significare contigerit recipiatis responsales per eosdem Magistros Rationales sub sigillo nostro tempore vestri Ratiocinii presentandas sicut hactenus retrohactis temporibus estitit observatum. Ita quod in Responsalibus ipsis continentibus exibitionem pecunie seu extractionem victualium predictum sigillum parvum nostrum secretum similiter sit impressum. mandamus etiam quod vascella omnia que per partes maritime Jurisdictionis vestre naufragium pati contigerit. cum rebus omnibus equidem naufragii et theosores etiam et omnes et singulas res inventicias prout hactenus in Regno estitit consuetudo capere et pro parte Curie nostre habere curetis. quorum omnium quantitatem et qualitatem statim Celsitudini nostre. nec minus predictis Magistris Rationalibus distincte et particulariter per certas litteras rescribatis. Mandamus preterea quatenus baliatum filiorum Comitum et Baronum qui tempore obitus patrum eorum in minori etate constituti fuerint tam illorum videlicet pupillorum filiorum Comitum et baronum. quorum patres mortui fuerint tempore officii precessorum vestrorum vel antea et ipsorum baliatum dicti precessores vestri pro parte Curie nostre gerebant quam aliorum filiorum Comitum et Baronum. seu pheudatariorum quorumlibet quorum patres tempore vestri officii morientur recipiatis et amministrare curetis. et si forte contingat quod aliqui pupilli filii aliquorum baronum carentes patribus qui patres bona pheudatoria non tenebant. matres habeant terras castra. et alia bona pheudotalia tenent et matres ipsas. mori contigerit. Ipsis filiis earum in pupillari et minori etate remanentibus. baliatum ipsorum et bonorum eorum pheudotalium. iuxta Regni consuetudinem recipiatis et pro parte nostre Curie procuretis. Adhibito vobis uno de consanguineis Comitis vel baronis. vel matris mortue ut dictum est. bona pheudalia tenentis magis ydoneo. et de bonis omnibus tam stabilibus quam mobilibus pupillorum ipsorum fieri faciatis tria puplica consimilia inventaria quorum

unum penes vos retineatis. aliud ad excellentiam nostram et testium ad dictos Magistros Rationales mictatis. dictis enim pupillis et familie eorum. expensas necessarias iuxta facultates bonorum ministretis de proventibus bonorum eorundem. facto vero servitio debito Curie nostre. quod pro terris eorum Curié nostre debetur. reliqua quantitate proventuum bonorum pupillorum ipsorum debeatis fideliter conservare. Volumus tamen et vobis precipiendo mandamus quod de proventibus huiusmodi baliatus omnium pupillorum ipsorum pheudatariorum. bis in anno in festo videlicet Resurrectionis dominice. ac in fine anni. computum coram predictis Magistris Rationalibus ponatis. si vero aliquod mandatum nostrum. ad vos super aliquibus negotiis. ac iuribus fiscalibus quibuscumque contigerit destinari tam de inquirendis eisdem quam super recipiendis et audiendis testibus. vel videndis instrumentis seu cautelis aliquibus super huiusmodi negotii iuribus. ac rebus fiscalibus volumus et mandamus ut personaliter vos una cum notario vestro vobiscum per nostram Curiam deputato mandatum ipsum exequtioni mandari fideliter studeatis. et ipsi negotii exequendum. in toto vel in parte commictatis sicut desideratis indignationem nostri culminis evitare. Scituri quod preter penam contemptas si secus feceritis prosessum vestrum super huiusmodi habendum. contra tenorem presentis capituli. pro nulla habebimus et mandabimus irritari. Volumus preterea et mandamus. quod si forte balium dictorum pupillorum filiorum Comitum et Baronum committendum duximus alicui certe persone citetis eandem ut compareat coram predictis Magistris Rationalibus in predictis terminis posituri de baliatu ipso plenam et debitam rationem. Volumus insuper quod omnia alia bona et iura quecumque sint et in quibuscumque consistant que dicti precessores vestri pro parte nostre Curie eorum officii tempore in credentiam procurarunt et fecerunt per alios procurari. nec non domos vineas. Jardena. oliveta. furnos. apothecas. balnea et baptinderia. quorum proventus cum secretia Sicilie in anno quinte indictionis proximo preterite per Curiam nostram concessa fuerunt. et a Secretia ipsa et principio anni Vj° indictionis proximo preterite excludi mandavimus et per predictos precessores vestros in credentiam procurari. Eoquod per Secretos et stallerios et cabellotos eorum nec bene imperabantur et colebantur temporibus oportunis. Immo potius devastari et destrui videbantur. decetero cum omni diligentia et studio procuratis et faciatis etiam procurari. proponentes et statuentes specialiter in qualibet terrarum demanii nostri ipsarum partium. duos de melioribus et ditioribus hominibus ipsius terre. qui tamquam boni patres familias. circa diligentem et continuam procurationem et culturam ipsarum possessionum Curie nostre etiam videlicet que per predictos precessores vestros. ratione officii procurationis procurabantur. qui illa que locabantur cum Secretia predicta et que ab eadem secretia. a principio dicti Anni Vj° indictionis excludi mandavimus ut est dictum. intendant et intendere faciant et ea bene et comode procurent. ac reparari excoli et laborari faciant temporibus oportunis et illam de eis curam et custodiam habeant. quam de possessionibus eorum propriis deberent gerere et habere ut ex diligenti cura et custodia. quam de eis habuerint et vos etiam habueritis. domus furni. balnea et baptinderia ex congrua reparatione in bono statu existant. et vinee Jardena et oliveta. ex congrua et necessaria cultura meliorentur continue et pro Curie nostre comodis. faciendis vestro et eorum studio. annis singulis fructificent sicut decenter. quibus per vos taliter statuendis. facta diligenti fideli et legali extimatione per viros ydoneos et fideles expertes et approbatos in talibus pro quanta quantitate pecunie. domus. furni. balnea. et baptinderia que reparatione indigent. necessaria reparatione reparari. et vinee Jardena et oliveta bene et decenter laborari et excoli poterunt. Ita. quod in extimatione ipsa curia nostra non circumveniatur. nec fraudetur in aliqua quantitate pecunie ad quantum huiusmodi extimatio reparationis et culture ascenderet celsitudini nostre distincte et particulariter nec minus predictis Magistris Rationalibus per vestras litteras intimetis. ut exinde nobis nostrum beneplacitum de-

mandemus. sicut secundum predictam formam de beneplacito et mandato nostro processerant. vos exhibere iubemus. Ita tamen quod interim nichil de pecunia ipsa detis vel dare faciatis. absque speciali celsitudinis nostre mandato. vobis exinde dirigendo. sub predictis sigillis nostris magno et parvo quia quidquid solveritis sine speciali mandato nostro quod sic utriusque sigillis nostris magno et parvo munito non fuerit ex nunc in vestro ratiocinio nolumus computari. Volumus tamen et vobis expresse precipimus quod domos. vineas. oliveta. furnos. balnea et baptinderia Curie que eodem anno V^e indictionis cum predicta Secretia locata fuere et a principio dicti anni Vj^e indictionis per precessores vestros mandavimus in credentiam procurari ubicumque in partibus Jurisdictionis vestre consistant. cum fructibus eorundem et annuo valore proventuum ipsorum. si ad plenum et veraciter sciri poterit. et qualiter vobis constiterit. in duobus quaternis redigi faciatis particulariter et distincte quorum quaternorum unum celsitudini nostre. et consimilem predictis Magistris Rationalibus usque per totum mensem Aprelem proximo venturum sub sigillis vestris mittere debeatis. ut scire possumus quod et quantum pro procuratoribus ipsis ex computatio fieri debeat Secreto Sicilie presentis anni Vjj^e indictionis. de summa pecunie. quam pro Secretia ipsa Curie nostre dare et solvere convenerit et super huiusmodi proventibus sciendis et significandis. sic caute et diligenter procedatis quod in nulla possit exinde nostra Curia circumscribi. et per inquisitionem. quam per alios inde fieri mandabimus. non possit exinde ullo nunquam tempore contrarium inveniri et cum vobis exinde totaliter nostra Curia incitatur. et quia propter multitudinem officialium tam exequtio servitiorum Curie nostre quam expeditio nostrorum fidelium pluries retardatur. Volumus ut in singulis portubus et locis maritime Jurisdictionis vestre. tres tantum portubus statuantur. unus videlicet statutus vel statuendus per nostram Curiam. alter per Vicarium nostrum Sicilie. et alter per vos quin in quolibet portu statuto maritime Jurisdictionis vestre statuatis de hominibus demanii nostri ydoneis et fidelibus cum de omni defectu et in sufficientia portulanorum. quos vos statueritis vobis totaliter nostra Curia immittitur. Qui omnes simul servitio nostro in portubus ipsis iuxta traditam vobis et eis formam diligenter exequantur. et in aliis serviciis ad officium vestrum spectantibus unum vel duos ad plus in qualibet terra in qua aliqua bona vel iura habetis pro parte nostre Curie procurare et non plures statuere debeatis. ne. ob multitudinem officialium retinendum per vos. servitia nostra. quorum exequtio spectat ad Justitiarium et alios officiales nostros ipsarum partium. incomodum vel dispendium patiatur. mandamus vobis preterea ut a predictis precessoribus quibus super hoc mandatum nostrum dirigemus recipiatis pro parte curie nostre. procuranda per vos terras castra casalia. villas. Jardena. vineas. molendina. balnea. baptinderia. furnos. domos et apothecas. ac bona stabilia et queque alia. que in eisdem partibus pro parte nostre Curie procurabantur de quorum omnium receptione fieri volumus tria puplica scripta consimilia quorum uno eisdem precessoribus vestris. pro cautela dimisso. alio vobis retento. tertium per eosdem precessores vestros predictis Magistris Rationalibus volumus destinari. Recepturi nichilominus ab eisdem precessoribus vestris in scriptis sub sigillis eorum. omnia mandata pendentia. directa eis super negotiis fiscalibus que tempore eorum officii non fuerunt exequta. que mandata. iuxta ipsorum continentiam efficaciter exequi et compleri curetis reservato tamen Curie nostre quod si dicti precessores vestri legitime et sufficiente docere nequiverint. quod iusta et probabili causa huiusmodi mandata pendentia ipsorum officii tempore exequi nequissent contra eos secundum Ritum Ratiocinii et formam que servatur in talibus procedatur. et si inter ipsa mandata pendentia sint aliqua mandata super exhibenda vel expendenda pecunia vel supra extractione victualium et in parte vel in toto exequtione mandata non sit quod de eis completum est. et complendum restat. et quod solutum est. et quod solvendum remansit et que quantitas victualium extracta fuit et que extrahenda remansit.

nobis et predictis Magistris Rationalibus intimetis. Interim tamen nichil detis vel dari faciatis et nullam quantitatem victualium extrahy permittatis. Auctoritate predictorum patentium mandatorum. super quibus omnibus diligenter et fideliter exequendis. omnem diligentiam et sollicitudinem adhibere curetis ut exinde possitis meritorum obsequiis in conspectu nostre Celsitudinis commendabiles apparere. et licet vobis iniungantur superius quod in quolibet terra et loco in quibus habetis. de bonis et iuribus nostre Curie procurare. unum Vel duos statuere debeatis. Volumus tamen quod diligenter provideatis quod ydonei et sufficientes sint et si sufficiant ad ipsa nostra servitia exequenda. ut eadem nostra servitia occasione insufficientie procuratorum nullum defectum penitus paciantur. precipimus insuper vobis ut si in partibus Sicilie sint in manibus Curie aliqua pheuda vel cum hominibus vel sine hominibus que procurantur per vos vel etiam quod ipsorum proventus cum Secretia Secreti ipsarum partium sint concessa quod diligenter inquirere et scire curetis pheuda ipsa et in quibus locis existant et si sunt cum hominibus vel sine hominibus. et si cum hominibus quot focularia in quolibet eorum sunt. et si sunt ibi alique fortallicie. et si custodiuntur per Curiam nostram et quot servientes deputati sunt in qualibet ipsorum fortelliciarum. et si pheuda aliqua. vel aliquod ipsorum sunt in loco plano vel eminenti. et si aliqua ipsorum et que sita sunt in maritima. nec non totum valorem annuum singulorum proventuum Jurium et Reddituum bonorum ipsorum in quibuscumque consistant. per partes et membra. Ita quod nichil inde penitus minuatur. vel subtrahatur in quaterno uno redigi faciatis particulariter et distincte. Quem quaternum ad tardius inter menses tres numerandos a die receptionis presentium sigillatum sigillis vestris predictis. Magistris Rationalibus. destinetis. Addicimus preterea quod si forte aliqui Barones vel Comites terram in maritima habentes in ipsis terris eorum aliqua vascella. aliquibus victualibus vel mercibus aliis quibuscumque contra prohibitionem nostram oneraverint seu exoneraverint aut onerari seu exonerari fecerint vel permiserint vel ibi predicta fecerint ut superius dictum est. vascella singula cum victualibus mercibus et rebus singulis oneratis in eis. cum nauclerio etiam marinariis et mercatoribus vascellorum ipsorum pro parte nostre curie capiatis. et nomina et cognomina ipsorum omnium et unde fuerint et qualitatem et quantitatem omnium victualium mercium et rerum ipsarum. que capientur in eis. cum numero et qualitate vascellorum ipsorum statim celsitudini nostre. et predictis Magistris Rationalibus intimetis ita mandamus cum vobis nostre beneplacitum voluntatis. precipimus etiam quod nichil de victualibus vel aliis rebus Curie nostre mobilibus exibeatis vel assignetis aliquibus sine mandato Celsitudinis nostre sub magno et consueto sigillo nostro pendenti in quo similiter sit impressum sigillum nostrum parvum secretum. et quia persepe contingit quod persone quibus bona pheudalia seu burgensatica stabilia sub certo annuo redditu per nostram excellentiam conceduntur moriuntur nullis relictis filiis ex eorum corporibus legitime descendentibus propter quod bona ipsa ad manus nostre Curie devolvuntur Volumus. et fidelitati vestre precipimus ut de singulis bonis huiusmodi concessis per excellentiam nostram quibuscumque personis in partibus Sicilie que ex ipsorum obitu contigerit ad manus nostre Curie revocari. Illam quantitatem pecunie ad minus annuatim exhibere et solvere debeatis pro qua bona ipsa personis ipsis morientibus fuerint per Curiam nostram concessa cum vobis exinde nostra Curia totaliter initatur. et si maior quantitas ex bonis ipsis percipi et haberi poterit exinde utilitati nostre Curie procuretis. Datum Fogie Xj° Decembris Vjj^{e} indictionis.

XXIX.

Anno 1279. 17 Maggio 7ª Indizione — Napoli.

Carlo I di Angiò dà licenza a Gualterio Caracciolo Pasquizio di Napoli di portarsi in Sicilia per consultare Giovanni da Procida intorno ad un suo morbo.

Registro 1293. 1294. A. n. 63. fol. 107 t.

Karolus etc. Tenore presentium notum facimus Universis quod per Gualterium Carazolum Pasquisium de Neapoli militem fidelem nostrum Maiestati nostre fuit humiliter supplicatum ut cum ipse quodam occulto morbo corporeo langueat de quo nequit in partibus istis ut dicit curam medicaminis debitum invenire sicque sibi certe spei fiducia quod per Johannem de Procida militem possit inde curari licentiam sibi accedendi ad partes Sycilie ubi Johannes ipse moratur concedere dignaremur. Eius itaque in hac parte supplicatione admissa ipsi Gualterio petendi propterea dictam Sycilie Insulam eiusdem Johannis, de Procida cure consilium ad suum morbum huiusmodi petituro postulatam licentiam presentium impartimus. Ita quidem quod ineundo morando et redeundo nihil ferat aut referat verbo vel litteris nostre contrarium Maiestati. Presentibus post menses sex minime valituris. Datum Neapoli per Bartholomeum de Capua etc. die xvii. Maij vii Indictionis (1).

XXX.

Anno 1280. Novembre 9ª Indizione.

Capitoli dell'uffizio de' Maestri Giurati.

Fascicolo Angioino 4º fol. 89 et. nell'Archivio di Stato di Napoli (2).

Palmerio de Strina baiulo Capri. Johanni de Rosa baiulo Ageroli. Bartholomeo Sarcayo baiulo Conche Amalfie sunt assignata Capitula officii Magistri Juratie. que osservari debent. Que Capitula sunt videlicet.

In primis predictus Magister Juratus in predicta Terra nocturnas excubias ordinet et fieri faciat per fideles homines eiusdem terre pulsata Campana tribus vicibus per intervalla sero quolibet prout fieri hactenus consuevit et si post trinam pulsationem Çampane invenire contigerit aliquem per Terram sine lumine ambulantem si quidem homo fuerit bone fame ab eo pro parte Curie nomine pene augustalem unum recipiat dicto Justitiario assignandum. si vero malefame fuerit quodammodo notabilis. seu su-

(1) Da questo documento rilevasi che già si principiava la congiura iniziata dal Procida con quei di Napoli pel Vespro. Sotto pretesto di malattia il Caracciolo potè ottenere di passare in Sicilia a congiurare con Giovanni da Procida.

(2) Questo Fascicolo esiste in Archivio, manca però il foglio, il quale è trascritto dal De Lellis a pag. 87-88 del vol. 1º de' suoi *Notamenta ex Fasciculis Regiae Siclae*, MS. da me posseduto.

spectus. de persona capiatur et inde facta fideiussorie cautionis ad dictum Justitiarium sub fide custodia destinetur. Item publice facias inhiberi quod nullus arma prohibita deferat publice vel occulte et si quem interceperit deferentem arma prohibita ipsum in defectu fideiussorie cautionis captum de persona ad dictum Justitiarium sub fida custodia debeat destinare per eum pena debita puniendum. Item si aliquem furem invenerit ipsum cuiuscumque conditionis existat cum re furtiva ad eundem Justitiarium sub fida custodia destinabit. Item si quis fuerit infragranti crimine deprehensus. sive delator sive denunciator appareas sive nonnulla ab eo fideiussione recepta ad dictum Justitiarium sub fida custodia destinetur. Item super denunciationibus et accusatoribus quas coram eo fieri contigerit procedere debeat in hunc modum videlicet. quod si denunciator vel accusator appareat corom eo recepta prius ab eo idonea fideiussoria cautione vel in defectu eius sacramento debito destando Juri. et parendo super hoc mandato Curie et denunciatorem vel accusatorem et denunciatum vel accusatum ad eundem Justitiarium cum litteris suis continentibus nomina et cognomina denunciatoris vel accusatoris et denunciati vel accusati nec non et fidem cum tota rei serie in certo termino ipsis prefigendo destinare curabit in cuius defectu ipsum accusatum ad eundem Justitiarium sub fida custodia destinabit per eum pena debita puniendum.

XXXI.

Anno 1282. 29 Settembre 11ª Indizione — Reggio di Calabria.

Carlo I di Angiò partecipa e descrive l'assalto dato alla città di Messina e che per l'approssimarsi della cattiva stagione pel pericoloso passaggio del Faro, ritira l'esercito al quartiere d'inverno in Reggio.

Registro 1283. E. n. 46 fol. 14 t.

Scriptum est eodem Capitaneo (1) etc. Ne vulgaris loquele fama prehambula Rumorum improvida ponitrix et novorum superstitiosa narratris in producenda notitia nostrorum processuum ad audientiam tuam aliorumque nostrorum fidelium transcenderit veritatem clara delucidatione presentem certum inde te redere volumus ipsamque tibi rei geste seriem aperimus. noveris igitur quod dudum In Insulam nostram Sicilie cum innumerabili moltitudine nostri potentis exercitus transeuntes in obsidione illius famose terre Mesane felicia castra nostra defiximus ibi usque ad diem sabbati vicesimum sextum presentis Mensis Septembris cum eodem nostro exercitu commorantes. terram ipsam multis olim fecundam delicijs. multisque divitijs opulentam. sic undique. terra marique constrinximus sic ferro flammaque vastavimus. quod nichil remansit penitus usque ad ambitum meniorum quin illud. aut ferrum ceciderit aut ignis combuxerit vel mine sit seu depulationi subiectum et nichilominus tantis vinearum arborum et locorum extrinsecorum amenitatibus. quibus decorobatur eadem Civitas succisis. succensis penitus et destructis Civitatis Corpus non reliquimus inconcussum. quim ex crebris nostrarum ictibus machinarum multe pulcre domus Intrinsecus sint et indecora edificia diruta. ac

(1) Nobili viro Lodoyco de Montibus a faro ultra usque ad confinia terrarum Sancte Romane Ecclesie Capitaneo et Magistro Justitiario Regni Sicilie locum tenenti.

Civitatis menia usque ad ruinam in locis pluribus concassata. sicque Civitatis eiusdem Incolas iam artaverimus extrinsecus Gladio. Intus fame. quod nullum de ipsorum vicina deditione restabat ambiguum. vel dubietas remanebat. verum inter hec omnia consultius cogitantes quod Mesanensibus ipsis nichil ex nunc prodesse potest autumpni fructuosa focunditas tam tempore quam destructione consumpta. quodque yemali iam tempore imminente procellosi fari Rabies vassellorum nostrorum statum et transitum. sique per consequens rerum necessariarum nobis et nostro exercitui copiam poterat prohibere. deliberantes prudentius Saniorique consilio. providentes aliquantulum Castra nostra retraximus ac citra farum cum toto nostro exercitu incolumes venientes. in Civitate nostra Regij sospites permanemus. adveniente vero tempore congruo cum eodem et omni alio quod nostra totis viribus potentia procurabit tam terrestri exercitui quam marino extolio. eamdem Insulam nostram Sici lie repetemus predictos Mesanenses et alios rebelles nostros Sicilie. divina nos Comitante potentia. que nostram tuetur Justitiam sic viriliter invasuri quod prodetur penitus proditorum quorumlibet presumptuosa protervia et eretta rebellium cornua. Sub pedibus nostris nostra potentia conculcabit. Datum Regij penultimo Septembris XI° indictionis.

Similes facte sunt
Fulconi de Rocca Folia Justitiario Aprutii
Guillelmo de Allamagnono Justitiario Principatus
Johanni de Alzuria Justitiario Basilicate
Johanni Manselle Justitiario Capitinate
Goffridi de Summesot Justitiario Terre Bari
Philippo de Herville Justitiario Terre Ydronti
Henrico de Guinis Justitiario Vallis Gratis

XXXII.

Anno 1284. 10 Agosto 12ª Indizione—Al Campo sul littorale di Bruzzano.

Carlo I di Angiò crea Roberto conte di Artois in Vicario Generale di Sicilia.

Registro 1283 A. n. 45 fol. 168 t.

Scriptum est Universis per totam Insulam Sicilie constitutis etc. Noverit universitas vestra quod de Illustri et Magnifico viro domino Robberto comite Atrebatense Karissimo nepote nostro ut de nobis Vice ipsis plenius confidentes ipsum in tota Insula nostra Sicilie nostrum generalem Vicarium usque ad nostrum beneplacitum ordinamus. dantes sibi plenam generalem et liberam potestatem assecurandi nomine nostro quascunque universitates et speciales personas eiusdem Insule in personis et rebus remittendam eis offensam et culpam quam adversus nostram commiserint maiestatem. et penas mortis. rerum aut exilij. quas propterea incurrerunt. recipiendas eas in gratia nostra et sibi nostri nominis potentie tenendi statuendi ibidem Justitiarios Secretos. portulanos et alios officiales quoscunque et percipiendi fruttus. et redditus ad nostram curiam pertinentes. Sicuti nos inet ipsi si presentes essemus facere valeremus. In quibus omnibus totum sibi concessimus posse nostrum in verbo Regie dignitatis tenore presentium promittentes nos et heredes nostros rata habituros et firma quecunque prefatus Comes

noster Vicarius trattaverit ordinaverit promiserit et fecerit in premissis et Singulis premissorum nullo unquam per nos aut ipsos heredes nostros quomodolibet irritanda Set manutenenda iugiter et servanda. Quare volumus et mandamus quatenus personam nostram in eodem Comitem Speculantes sibi in omnibus tamquam nobis devote pareatis et efficaciter intendatis. Datum in Castris in litore Bruczani die X° augusti Xij^e indictionis.

XXXIII.

Anno 1286. 8 Maggio 14ª Indizione — Belvedere.

Roberto Conte d'Artois Balio del regno assegna a Goberto vescovo di Girgenti due Case nella città di Napoli.

Registro Angioino 1272. A. n. 13. fol. 167.

Scriptum est eidem Secreto principatus terre laboris et aprutii etc: Cum nos attendentes grandia grata et accepta servitia que venerabilis pater dominus G. (1) episcopus agrigentinus dilectus et devotus noster quondam domino Karolo Jerusalem et Sicilie rege illustri patruo nostro Karissimo gratanter exhibuit et ad presens heredibus suis exhibet et exhibere poterit in futurum dante domino gratiora domos que fuerunt quondam domine Jacobe Filangerie nec non et nicolai de aczia sitas in civitate Neapoli in vicinia que dicitur forcella usque ad beneplacitum regiorum heredum vel nostrum tibi concedendas duximus dei gratia speciali devotioni vestre precipimus quatenus domos ipsas dicto episcopo vel certo procuratori suo eius nomine assignetis ipsum in corporalem possessionem earum penitus inducatis de quarum assignatione fieri faciatis cum forma predicta duo puplica consimilia instrumenta quorum uno vobis retento, aliud ad nostram curiam destinetis. Datum aput Bellumvidere die Viij madii Xiiij indictionis.

XXXIV.

Anno 1286. 11 Maggio 14ª Indizione — Nardò.

Roberto Conte d' Artois Balio del Regno concede un annuo assegno al milite Guglielmo de Mesnil.

Registro Angioino 1272. A. n. 13. fol. 169.

Scriptum eidem secreto terre Laboris etc: Cum nos obtentu Serviciorum grandium et gratorum que dominus guillelmus de Mesnilio dilectus miles familiaris et devotus noster quondam domino Karolo Illustri Jerusalem et Sicilie Regi patruo nostro carissimo gratanter exhibuit ad presens heredibus suis exhibet. ac exhibere poterit in futurum

(1) Gobertus.

Sibi et suis heredibus ex suo corpore legitime descendentibus in annuo redditu unciarum auri quatraginta percipiendo per eos super iuribus proventibus et redditibus platee ubi venduntur pisses et alterius platee ubi venduntur fructus et suuntur panni in neapoli ac tenendi medietatem et in capite a Regia Curia sub servicio duorum militum computata persona sua eidem curie facienda iuxta usum et consuetudinem huius Regni prout idem miles in nostri presentia pro se et suis heredibus voluntarie optulit et promisit usque ad Beneplacitum Regiorum heredum vel nostrum gratiose duxerimus providendum devotioni tue precipimus quatenus prefato domino G. vel certo procuratori suo eius nomine predictas uncias quatraginta super predictis iuribus proventibus et redditibus platearum ipsarum ut predicitur assignare facias sibi de cetero de hiis integre responderi de quarum assignatione fieri volumus tria puplica scripta consimilia formam presentium continentia quorum uno tibi retempto aliud dicto militi assignes tertium ad nostram Cameram studeas destinare. datum Neritoni die XI madii Xiiij indictionis.

XXXV.

Anno 1288. 11 Agosto 1ª Indizione — Montescaglioso.

Giovanni di Monfort Conte di Squillace e di Montescaglioso dona una metà di un forno al monastero benedettino di Montescaglioso.

Pergamene private di Matera, Fascio 2º.

✠ In dei nomine Amen. Anno dominice incarnationis Millesimo ducentesimo octuagesimo octavo. Dominantibus heredibus dive memorie domini Karoli Jerusalem et Sicilie Regis illustris dominationis eorum anno quarto feliciter amen (1) Mense Augusti die undecimo eiusdem prime indictionis aput montemcaveosum. Nos petrus de Tarento montiscaveosi iudex. petrus eiusdem terre puplicus notarius. et testes subscripti de eadem terra ad hoc specialiter vocati et rogati presenti puplico scripto fatemur et testamur. quod Gaytanus et simeon de dopna Biccinia de montecaveoso venientes coram nobis ostenderunt nobis et nos ipsi vidimus legimus et inspeximus diligenter. quoddam mandatum factum eis in scriptis a nobili viro petro flamingo magnifici viri domini Johannis de Monteforte comitis squillacii et montiscaveosi in comitatu montiscaveosi montispelosi et aliis terris eiusdem domini comitis vicario noto et consueto sigillo eiusdem vicarii in cera rubea sigillatum. in quo transcripta erat forma licterarum predicti domini comitis. cuius mandati continentia per omnia talis est. petrus flamingus magnifici viri domini Johannis de Monteforte comitis Squillacii et montiscaveosi in comitatu montiscaveosi Montepeloso et aliis terris eiusdem domini comitis vicarius. prudentibus viris Gaytano et Simeoni de dopna Biccinia de montecaveoso amicis suis salutem et amorem sincerum. a predicto domino comite nuper recepimus licteras in hac forma. Johannes de Monteforte comes et cetera. Nobili viro petro flamingo vicario suo etc. devotioni tue precipiendo mandamus. quatenus furnum Guillelmi de Sire Angelo de montecaveosi quem ad opus curie nostre revocari mandavimus. ad generalem usum coquendi omnibus de eadem terra montiscaveosi exponi facias. Ita tamen ut de proventibus percipiendis ex

(1) Questa intitolazione è affatto nuova.

eo. Venerabilis pater frater Guido abbas Monasterii Sancti Michaelis de montecaveoso. in eodem furno medietatem pro parte ipsius monasterii consequatur. nam medietatem ipsius furni. pro indiviso cum curia nostra tenet et possidet. et hactenus tenuit et possedit. datum apud montemcaveosum septimo Augusti. prime indictionis. cumque nos oporteat prescriptum mandatum predicti domini comitis exequi tam debite quam devote. prudentie vestre commissa nobis authoritate mandamus. quatenus predictum furnum curie quodam Guillelmi de Sire Angelo de Montecaveoso ad manus curie dicti domini comitis ad mandatum eiusdem domini comitis revocatum et sub procuratione vestra existit ad generalem usum coquendi omnibus de eadem terra montiscaveosi exponi sicut vobis pluries iniunximus faciatis. Ita tamen ut de proventibus percipiendis ex eo venerabilis pater frater Guido abbas monasterii sancti Michaelis de Montecaveoso in eodem furno medietatem pro parte ipsius monasterii consequatur. nam medietatem ipsius furni pro indiviso cum curia dicti domini comitis tenet et possidet et hactenus tenuit et possedit. de receptione vero presentium cum earum forma mictatis nobis vestras licteras responsales. datum in Montealbano decimo augusti prime indictionis. ad cuius predicti mandati. exequtionem dicti Gaytanus et Simeon volentes procedere sollicite et devote. predicto die predictum furnum Curie quondam Guillelmi de Sire Angelo de montecaveoso ad manus curie dicti domini comitis ad mandatum eiusdem domini comitis revocatum et sub procuratione eorum existentem ad generalem usum coquendi omnibus de eadem terra montiscaveosi exposuerunt. Ita tamen ut iuxta continentiam mandati predicti de proventibus percipiendis ex eo dictus venerabilis pater frater Guido abbas predicti monasterii sancti Michaelis in eodem furno medietatem pro parte ipsius Monasterii consequatur. nam medietatem ipsius furni cum curia dicti domini comitis tenet et possidet et hactenus tenuit et possedit. Et quia predictus venerabilis frater Guido abbas predicti monasterii. sua et predicti Monasterii interesse dicens predictum mandatum autenticum et in puplicam formam redactum habere. rogavit et requisivit nos ut ipsum mandatum autenticari et in puplicam formam redigi faceremus cautelam sui et monasterii supradicti. eius requisitioni et rogationi iustis utpote rationabiliter annuentes. quia vidimus idem mandatum non alcolitum non abrasum. non cancellatum. nec in sui parte aliqua viciatum carens victuperacione qualibet et litura. et in prima sui figura existens ipsum mandatum de verbo ad verbum nihil in eo diminuto vel addito mutato etiam vel subtracto autenticari et in presentem puplicam formam redigi fecimus. per manus mei predicti petri puplici montiscaveosi notarii. signo meo consueto mei predicti iudicis et nostrum subscriptorum testium subscriptionibus roboratum. ✠ Ego petrus de Tarento montiscaveosi iudex.

✠ Ego notarius Homodeus
✠ Ego notarius Joannes de brundusio
✠ Ego gulielmus de saianda
✠ Notarius thomasius
✠ Ego Guillelmus de notario Johanne
✠ Ego Stephanus domini Juliani
✠ Ego iudex Johannes
✠ Ego Guillelmus Grecus

XXXVI.

Anno 1290. 5 Marzo 3ª indizione — Napoli.

Alcuni neofiti nobili napoletani chiedono ed ottengono potere edificare una sinagoga nella città di Napoli.

Registro Angioino 1289. 1290. A. n. 51. fol. 27 t.

Scriptum est etc. Notum facimus universis presentes licteras inspecturis quod pridem domino Aldemasio de Nuceria Christianorum Secreto Terre Laboris et Principatus nostras direximus litteras in hac forma. Carolus Illustris Jerusalem et Sicilie Regis Primogenitus Princeps Salerni etc. Domino Aldemasio de Nuceria Christianorum Secreto Terre Laboris et Principatus etc. Petierunt humiliter Bartholomeus de Sicula. Ligorius de Griffo. Riccardus Carrafa. Corradus Prothonobilissimus. Fredericus Caputus. Thomasius Scriniarius. Riccardus Scriniarius. Philippus Minutulus et fratres. Landulfus Caraczolus. Johannes Ayossa et frater eius habitatores Neapolis devoti nostri quod una ipsi derelicto errore Judaico quo hactenus laborarunt pervenerunt nuper ad fidei vere cultum concedi eis et assignari pro Oratorio unam de Sinagogis Neapolis quam asserunt fuisse Progenitorum suorum et constructam fore de novo post videlicet prohibitionem factam in Concilio Generali benignius mandaremus. Nos autem ipsos quos dignos favore facit nova conversio benigni favoris munere prosequentes. dicimus vobis propterea quatenus si vobis constiterit quod Sinagoga quam petunt fuerit Progenitorum eorumdem petentium vel quod noviter sit constructa post videlicet prohibitionem eamdem predictam Sinagogam cum omnibus iuribus et pertinentiis suis eisdem petentibus tenendam in Oratorium per eos et alios conversos iam ad cultum Christi nominis et inposterum convertendos auctoritate presentium assignetis. Datum Neapoli anno domini M.CC.LXXXX die V Martii iijᵉ Indictionis. Ut autem nostra super premissis intentio que minus clare videtur aliquibus clarius innotescat. tenore presentium declaramus quod in concessione prescriptarum litterarum nostrarum nostra fuit intentio quod servato tenore licterarum ipsarum predicta Sinagoga assignetur eisdem Neofidis ut ex ea Oratorium fecerint et audirent illic Missarum solemnia aliaque divina officia tam ipsi quam alii ad Christiane religionis observantiam convertendi. Datum Neapoli die XXij Martii iijᵉ Indictionis.

XXXVII.

Anno 1290. 15 Marzo. Indizione 3ª — Lagopesole.

Essendo sorte dissensioni tra i nobili ed i mercanti della città di Salerno, Carlo Martello Principe di Saleruo e Vicario del Regno li fa ritornare in concordia.

Pergamene della Regia Zecca anni 1289-1291. Vol. 9º N. 853, nell' Archivio di Stato di Napoli.

Karolus Illustris Jerusalem et Sicilie Regis Primogenitus. Princeps Salernitanus et Honoris Montis sancti Angeli dominus. ac eius in Regno Sicilie Vicarius generalis Nobili Viro domino Petro de Quinzac militi Vicario in Principatu et Straticoto Salerni

devoto suo. salutem et dileccionem sinceram. Sane nobis cedit ad gloriam et nostris Subditis ad profictum si sub felici domini Genitoris nostri dominio atque nostro Serene pacis tranquillitas Regni fidelibus et amplectende proveniat quietis utilitas verum cum olim dissensiones et Scandala inter nobiles, et mercatores Civitatis Salerni fuerint exorta que nobis plurimum displicebant conspicientes ex hiis statum patrie adversarum procellarum turbine fluctuari, et nuper sicut per licteras Religiosi Viri fratris Matthei Rogerii de Salerno ordinis Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, magne Regie Curie Magistri Rationalis et vestras. didicimus. auctoritate per nos. vobis inde commissa, inter predictos Salernitanos Cives sub certis pactis et condicionibus, tam de creandis annualibus Judicibus quam de apprecio faciendo in Civitate predicta pax et concordia que gesta venit nostris affectibus. sit unanimiter reformata quam credimus ad exaltacionem nominis dicti domini Genitoris nostri et nostram. ac bonum statum ipsorum cedere in futurum. Nosque desiderantes succensas inter eos odiorum flammas extinguere, ac in ipsorum cordibus veritatis spiritum excitare sint pacis et concordie pro reformacione pacifici status eorum. velimus per vos inviolabiliter observari. Devocioni vestre districte precipiendo mandamus quatenus operaciones vestras ad id, tanquam vir virtuosus efficaciter interponere studeatis, observantes eisdem Salernitanis Civibus auctoritate presencium quod Singulis sex mensibus duodecim tam de nobilibus quam mercatoribus et mediocribus de Universitate ipsa, qui tunc temporis preerunt una vobiscum et Judicibus eiusdem terre. ac aliis in futuro tempore Statutis ibidem, eligant alios Viginti quatuor homines ydoneos et fideles tam nobiles quam mercatores, et mediocres ipsius terre Statum pacificum affectantes, qui omnes tam duodecim quam vos Straticotus. Judices et dicti Vigintiquatuor de novo eligant alios duodecim Viros ydoneos et fideles, quatuor Videlicet de Statu quorumlibet predictorum. aliis omnibus supradictis exclusis, qui durantibus ipsis sex mensibus potestatem habeant disponendi et ordinandi negotia quelibet que tangunt Universitatem predictam. officio Straticocie in suo robore permanente et quod ipsi duodecim eligant Judices in numero consueto, videlicet quinque Jureperitos et alios licteratos, et etiam quod per eosdem duodecim eligantur, Septem appreciatores comuniter, qui pro anno proximo futuro quarte Indictionis apprecium faciant de communi voluntate Universitatis, de facultatibus cuiuslibet Universitatis ipsius, ut quilibet comuni partipacione conferat in collectis, mandato, beneplacito et voluntate domini Patris nostri et nostris super hiis in omnibus semper salvis. Pro quibus omnibus per eos inviolabiliter observandis recipiatis ab una quaque parte ipsorum Juratorias et fideiussorias cautiones quod nullo unquam tempore ipsorum aliquis contra predicta convenciones et pacta debeat contraire. et de predicta fideiussoria caucione cum pene adieccione fieri faciatis cum forma presencium tria puplica consimilia Instrumenta. quorum unum ad cautelam dimictatis cuilibet partium earumdem, et Reliqum ad nostram Cameram transmictatis. Et ut integre benignitatis nostre Clemencia extendatur ad Cives eosdem, ut ipsi gracie plenitudinem habeant, et erga nos plene gerant dilecionis affectum, eis specialem graciam facientes. Volumus ut illos omnes qui dudum pro predictis dissensionibus fuerint per nostram Curiam confinati, recipiatis in Civitate Salerni. eosque tractetis benigne, ipsos propterea de cetero nullatenus molestando. Datum apud Lacumpensilem anno domini M.° CC.° XC.° die XV° mensis Augusti iij• Indictionis.

XXXVIII.

Anno 1291. 2 Marzo 4ª Indizione — Albingana.

Carlo II per certa somma presa a mutuo dalla Società de' Boccosi di Lucca obbliga le decime della Provenza e le 20mila marche di argento che deve restituirgli Alfonso re di Aragona.

Registro 1270. C. n. 9. fol. 155 t.

Karolus secundus dei gratia etc: Tenore presentium notum facimus universis quod Nos mercatoribus de societate Bachosorum de luca dilectis et devotis nostris ex mutuo per eos nobis facto sumus in certa quantitate pecunie obligati prout in instrumento puplico inde facto anno domini M CC XCj° die duodecimo mensis februarii iiij indictionis aput Tarasconum manu Gaffurii de Capua puplica apostolica auctoritate notarii et pendenti sigillo nostro munito plenius continetur. Et quamvis pro ipsius pecunie restitutione obligaverimus eisdem mercatoribus pecuniam decime provincie nobis per apostolicam sedem concessam et totam pecuniam de Regno nostro venturam prout instrumentum ipsum continet et aperte declarat tamen volentes ut in hoc eisdem mercatoribus qui nobis multa grata et accepta servitia longo iam tempore prestiterunt plenius caveatur pro restitutione dicte pecunie nobis per eosdem mercatores mutuate ut dictum est. obligamus etiam eis vigintimilia marcarum argenti quas a domino Alfonso de Aragonia opere liberationis nostrorum obsidum restitutionis nomine debemus recipere. In cuius rei testimonium etc: Datum Albingana anno domini M CC XCj° die secundo martii iij indictionis.

XXXIX.

Anno 1291. 14 Aprile 4ª Indizione — Nismes.

Carlo II dovendo partire per la Catalogna a riscattare i figli suoi che vi stanno in ostaggio, crea in Capitan Generale del Regno Giovanni de Monfort Conte di Squillace e di Montescaglioso Camerario del Regno.

Registro 1270 C. n. 9. fol. 142.

Scriptum est nobili viro Johanni de Monteforti Squillacii et Montis Caveosi Comiti Regni Sicilie Camerario consanguineo familiari et fideli suo dilecto etc: dum preterita meritorum tuorum mente nostra revolvimus que domino patri nostro dum vixit et nobis devotis affectibus contulisti. dumque presentia cogitamus que continuatis temporibus exhibes. nullis erga servitia nostra parcendo laboribus. vel expensis merito et ab experto inducimur de te specialem fiduciam gerere in omnibus factis nostris, tibique illa committere. et ea tibi pro parte nostra custodienda relinquere que cariora sunt nobis. Cum nuper nobis in partibus Citramontanis degentibus pro liberatione filiorum nostrorum.

et aliorum de provincia. qui pro nobis in Cathalonia detinentur propter obsentiam de dicto Regno nostro Sicilie quam magnificus vir dominus R. (1) Comes Atrebatensis Consanguineus noster carissimus. qui ad presens ad partes francie revocatus est per dominum Regem francorum Carissimum Consanguineum nostrum sicut didicimus est facturus presentiam tuam in eodem Regno utilem et necessariam plurimum reputemus. te loco ipsius Comitis Atrebatensis in toto dicto Regno nostro Sicilie usque ad beneplacitum nostrum statuimus ordinamus et facimus Capitaneum generalem. dantes et concedentes tibi tenore presentium litterarum omnem auctoritatem et potestatem plenariam pro facienda. ordinanda. exequenda. manutenenda et defendenda guerra quam habemus ibidem contra quoslibet sacrosancte nostre matris ecclesie ac nostros inimicos. et contra proditores et rebelles nostros et specialiter contra Jacobum de Aragonia gentes et sequaces ipsius. sive de ipso regno Sicilie sint, sive cuiuscumque alterius nationis, quam nos ipsi haberemus in dicto Regno personaliter commorantes. Volumus etiam et tibi concedimus quod in facinorosos, et inobedientes tibi et omnes singulos supradictos quam diu in dicto Capitanie officio fueris, merum et mixtum imperium et gladii potestatem quantum ad predictum officium tibi expedire videbitur possis et debeas exercere. Assecurantes quoque culparum et offensarum remissiones et in integrum restitutiones ad fidem nostram redire volentibus vel venire quantumcumque contra maiestatem nostram culpabiles fuerint ad fidem nostram redeuntes vel venientes facere possis et debeas prout tibi expedire videbitur loco nostri, sive Civitates sint, sive Castra, vel Casalia sive speciales persone ille vel illa que ad fidem nostram, et obedientiam revertuntur. Concedentes nihilominus tibi in predictis et circa predicta generaliter et specialiter omnia et singula. que ad facienda, ordinanda et exequenda ea que superius continentur in toto dicto Regno Sicilie utilia fuerint, vel etiam oportuna, et que nos facere possemus in predictis et quolibet predictorum. pecuniam vero proventuum. Collectarum, et reddituum dicti Regni illam videlicet que Comiti Atrebatensi per nos vel ob ordinationem postea factam inter eumdem Comitem et Karolum primogenitum nostrum principem Salernitanum et honoris Montis Sancti Angeli dominum ac in prefato Regno Vicarium generalem pro guerra, et defensione dicti Regni, et offensione inimicorum fuerit assignata. pro facienda. ordinanda. exequenda. manutenenda et defendenda memorata guerra prout continetur superius totam recipi et expendi facias per aliquem fidedignum per dictum. principem et te ad hoc specialiter eligendum et ordinandum. Et quia est nostre intentionis propositum quod gagia debita tibi silicet ad rationem quatuor unciarum per diem ponderis generalis ratione officii, Camere Regni Sicilie, quod tibi olim die militie dicti principis primogeniti nostri neapoli, tamquam benemerito duximus concedendum, integraliter recipere debeas et habere. Volumus quod ipsa gagia recipias de pecunia supradicta, a die que dictum officium tibi concessimus usque modo et etiam in futurum, computatis tamen tibi mille octuaginta duabus unciis, quas a dicto die concessi tibi officii, pro dictis gagiis eius de pecunia nostre Camere recepisti, et computato tibi si quid pro dictis gagiis tuis preter prefatam pecuniam in futurum contigerit te habere. Volumus etiam, tibique presentium tenore mandamus, ut dictam Cameram seu Camerariatus officium in dicto Regno Sicilie debeas exercere fideliter cum omnibus iuribus, et aliis nominibus, que ad ipsum officium pertinere noscuntur prout ad honorem et fidelitatem nostram videris expedire. Et licet Karolum primogenitum nostrum principem memoratum loco nostri in dicto Regno nostro Sicilie statuerimus Vicarium generalem, iuxta quod in commissionis sue litteris plenius continetur. Volumus tamen et sibi presentium tenore mandamus quod a tuis non recedat consiliis, et auxiliis oportunis, et quod permittat te Capitaniam prefatam prout continetur superius

(1) Robertus

exercere, et quod ob ordinatione tua in predictis aliquatenus non discedat. Mandantes nihilominus tenore presentium litterarum prelatis ecclesiarum. Comitibus Baronibus similitibus et aliis dicti Regni Sicilie nostris fidelibus et devotis, ac universis presente litteras inspecturis, ut in predictis et quolibet predictorum tibi pareant et obediant in omnibus et singulis tamquam nobis. Datum Nomansi die X iiij aprilis iiij° Indictionis.

XL.

Anno 1291. 21 Aprile 4ª Indizione — Vienna di Francia.

Carlo II scrive a' Magnati di Ungaria che per la morte di Ladislao loro sovrano il regno viene ereditato da sua moglie Maria, perciò li esorta a scacciarne l' usurpatore Andreazzo.

Registro 1270. C. n. 9. fol. 143 t. 144.

Scriptum est viris venerabilibus Egregiis nobilibus et discretis Prelatis Ecclesiarum. Comitibus. Baronibus militibus et aliis Universis hominibus de Regno Ungarie presentes litteras inspecturis dilectis. Salutem etc. Habet hoc proprium humani Judicii rettitudo ut qui contra iuris Regulas acceptantur abhorrent et ad ulciscendas iniurias extra semitas rationis. illatas is qui presertim tangitur potentialiter arma capesant. Sane non sine gradi amiratione nuper accepimus quod bone memorie domino Lacislao Rege olim Ungarie sororio nostro carissimo humanis rebus exempto quidam de Venetiis Andreatius nomine lapsans habenas proprie voluntati Regnum Ungarie cuius successio per obitum dicti Regis ad Reginam consortem nostram carissimam ipsius Regis germanam et eius heredes est rationabiliter devoluta nequiter occupavit et assumens improvide diadema. Regni predicti ac intitulans indebite Regium sibi nomen Regnum ipsum sic detinet occupatum Cum itaque sincere dilectionis et solide fidelitatis constantiam quas ad prefatum quondam Regem et predecessores ipsius iugiter abuistis in predictum Regnum ex quadam vi nature Vos decent prorogare. attente Vos Requirimus et Rogamus. quatenus in recta per vos consideratione deducto qualiter predicto Andreatio nullum in Regno predicto ius competit nullaque huiusmodi eius excessum quem quidem nullatenus credimus vobis in universo placere iuste norma corroborationis accensi eius et nostrum ipsius nomine velitis dominium imitari ut proinde digna laudum preconia condignasque aput nos retributionis vobis propterea venditetis non ignorantes quod nisi prefatus presuptor Regnum deserit supradictum sic potentialiter in eum excitabimus vires nostras quod previo divino vestroque presidio nobis recuperantibus una nostra ipse potentie nostre dextera comprimetur. Datum Vienne. Die XXj.° Aprilis. iiij° Indictionis.

XLI.

Anno 1291. 1 Giugno 4ª Indizione — Aix.

Carlo II nomina suoi procuratori speciali, che invia al despota di Acaia per trattare il matrimonio della figlia di quel despota con uno de' suoi figliuoli Filippo o Roberto.

Registro 1270. C. n. 9. fol. 145 t-146.

Karolus secundus etc. tenore presentium notum facimus Universis quod nos confisi de fide et devotione sincera Egregiorum et nobilium virorum Domini Florentii de Aynonia Principis Achaye. Regni Sicilie Comestabuli. licet absentis. Ac Petrus de Insula militis presentis et sponte recipientis. Consiliariorum. familiariumet fidelium nostrorum facimus. constituimus et ordinamus ipsos Ambos et quemlibet ipsorum in solidum. ita quod non sit melior conditio occupantis nostros veros et legitimos procuratores ac nuntios speciales ad eundum. loquendum. tractandum. et ordinandum. cum Magnificis excellentibus Viris. domino. N. despoto et domina.. Uxore eius despina. et cum quocunque alio cuius interest vel interesse posset quod puella filia ipsorum despoti et despina. Uni ex filiis nostris. Videlicet Philippo. et si quod absit cum ipso Philippo aliquo imminenti casu fieri non posset Roberto alteri filio nostro matrimonio copuletur. Dantes et concedentes eisdem procuratoribus et cuilibet ipsorum in solidum quod cum prefatis Despoto et despina vel aliis quorum interest vel interesse posset tractare et ordinare possint pro complemento matrimonii supradicti omnia et singula que eis expedire videbuntur fieri pro parte nostra et ipsius filii nostri qui predictam filiam in Uxorem habebit et versa vice requirere ac recipere a predictis pro parte nostra et predicti filii nostri pro dicto matrimonio quicquid eis videbitur expedire. et specialiter concedimus eis quod possint promittere et firmare quod dicto filio nostro qui dictum matrimonium contrahet honorabiliter providebimus et donabimus prout honori nostro conveniens fuerit et ipsius. Et quod dicta filia Despoti et despine tertiam partem habebit pro dotario in hiis que dabimus dicto filio iuxta usum et consuetudinem Regni nostri et quod dicta filia tenebitur cum Viro suo ad Usum et Consuetudinem Despoti et despine iuxta ipsius filie voluntatem et quod ipsi procuratores quilibet eorum in solidum recipere possint nomine et pro parte nostra et dicti filii nostri conventiones et pacta. nec non ipsorum traditiones a predictis de hiis que pro predicta filia presentialiter quoadiuvent. dabunt et assignabunt de terris ipsorum dicto filio nostro. et que etiam in futurum post mortem ipsorum. Commictimus etiam predictis procuratoribus et nuntiis nostris cuilibet eorum in solidum quod prefatam filiam predictorum Despoti et Despine in Uxorem dicti filii nostri nomine et pro parte ipsius iuvare et firmare. possint ac ipsam ad dictum filium nostrum presentialiter in Regnum nostrum adducere. nec non promittere. iurare et firmare dictis Despoto et Despine et filie vel aliis quorum interest vel interesse posset. quod dictus filius noster dictam filiam in Uxorem adducit et recipit. Damusque ipsis procuratoribus et nunciis et cuilibet eorum in solidum. plenam. liberam. et generalem potestatem et auctoritatem in omnibus et singulis supradictis. et circa predicta et quolibet eorumdem. requirendi. tractandi ordinandi. et faciendi omnia et singula que nos et dictus filius noster. requirere. tractare. ordinare et facere in hiis possemus ibidem presentes astantes. etiamsi id quod fieri deberet. vel fieret mandatum requireret speciale. Promittentes quod omni exceptione remota. illa que fient per eos modo predicto rata et firma habebimus. eaque inviolabiliter

observabimus per nos et dictum filium nostrum ac si per vos vel eum specialiter facta essent. Obligantes nichilominus nos ad predicta sub nostre fidei sacramento quod sacramentum prefatis procuratoribus ac nunciis nostris et eorum cuilibet in solidum predictis Despoto. et Despine ac filie vel eis quorum interest vel interesse posset in anima nostra commictimus faciendum. nec non sub ypotheca omnium bonorum nostrorum presentium et etiam futurorum. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus et pendenti Sigillo Maiestatis nostre iussimus communiri. Datum Aquis Anno Domini. Millesimo Ducentesimo Nonagesimo primo. Die primo Junij. quarte Indictionis Regnorum nostrorum Anno septimo.

XLII.

Anno 1291. 13 Giugno 4ª Indizione — Marsiglia.

Carlo II nomina la regina Maria sua moglie in sua Vicaria nelle Contee di Provenza e di Forcalquier e della città di Avignone fino al suo ritorno dalla Francia.

Registro 1270. C. n. 9. fol. 147 t.

Karolus secundus etc. Tenore presentium notum facimus universis quod nos Reginam consortem nostram carissimam in Comitatibus nostris provincie et forchalquerii et Civitatis Avinionis usque ad felicem redditum nostrum de Francia statuimus loco nostri dantes et concedentes eidem in Comitatibus ipsis et Civitate plenarias vices nostras. mandantes nichilominus universis et singulis presentes litteras inspecturis ut eidem Regine in omnibus et singulis devote pareant et intendant et obediant tamquam nobis. Datum Massilie die XIII° Junii IIIJ° Indictionis.

XLIII.

Anno 1291. 6 Agosto — Crispy.

Carlo II elegge tre giudici per decidere con altri giudici eletti dal re di Francia, una controversia insorta tra loro.

Registro 1270. C. n. 9. fol. 149.

Scriptum est Bertrando de Borra philippo de Lavena militibus et Raymudo nifo militi iuris civilis professori etc. Scire vos volumus quod Illustris dominus Rex francorum et nos de contencione que vertebatur inter vicarium terre sue Bellvidere et Vicarium nostrum Avinionis de captione quorumdam hominum ipsius Regis qui dicebantur fuisse capti pridie in ponte Avinionis ad hanc convenientiam comuni voluntate devenimus. scilicet quod predictus Rex francorum viros tres de suis nosque totidem ex nostris ordinare et eligere debeamus qui causam ipsius conteptionis videant determinent et

decidant. Nos vero de industria legalitate et prudentia nostra confisi, examinatione determinatione et decisione ipsius cause in quantum nos causa ipsa contingit vobis duximus committendam fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus de meritis cause nostre per hugonem de vicinis Senescallum nostrum provincie et alios per quos ad instructionem plenariam ipsius melius pervenire poteritis curetis et studeatis diligentius informari ac die XIII mensis septembris proximo futuri que dies ad hoc statuta est cum illis qui per dictum Regem francorum ad id mictantur convenire infallibiliter debeatis et una cum ipsis causam ipsam videre audire examinare et decidere ac determinare si ipsi a dicto Rege simile posse decidendi et determinandi causam ipsam habebunt sinantur visis et examinatis cause ipsius meritis relationem nobis exinde facietis, ut ad decisionem et determinationem predictam demum procedatur. Datum crispy die VI augusti.

XLIV.

Anno 1291. 22 Novembre 5ª indizione — Aix.

Antonio del Carretto marchese di Saona viene con una compagnia di gente d'arme al servizio di Carlo II.

Registro 1291. 1292. A. n. 57 fol. 84.

Karolus secundus Dei gratia etc. Tenore presentium notum facimus Universis. quod cum Vir Egregius Antonius de Carretto Marchio Sahone dilectus Consanguineus noster obtulerit se venturum cum subscripta Comitiva sua nobiscum in Regnum nostrum Sicilie et cum ea ad nostra ibi servitia moraturum presentium Sibi serie pollicemur quod ipsi Antonio pro se et duobus sociis gagia militaria et pro viginti scutiferis suis gagia scutiferorum prout militibus et scutiferis ad nostra servitia morantibus dari per Curiam nostram sunt solita quamdiu in servitiis nostris moram traxerint faciemus per eundem nostram Curiam exhiberi. In cuius rei testimonium etc. Datum Aquis die XXIJ° Novembris. Indictionis V°.

XLV.

Anno 1292. 6 Gennaio 5ª Indizione — Aix.

La regina Maria crea il figlio Carlo Martello in re di Ungaria.

Registro 1291. 1292. C. n. 59. fol. 27 t.

Maria Dei gratia Jerusalem. Sicilie. et Ungarie (1). Provincie et Forchalquerii Comitissa. Ad faciendam iustitiam in nationibus et pacem in populis nutrienda constituit dominus Principes super terram. quibus deficientibus. perit iustitia. pax turbatur. in-

(1) Qui per negligenza del copista manca la parola Regina.

surgunt odia. bachantur iniurie. cedes accedunt. ut ascendat clamor ad dominum. et abominatio subsequatur. Presentis itaque privilegii nostri tenore. notum facimus Universis. presentibus et futuris. quod magnifico Principe domino Latislao Illustri Rege Ungarie carissimo fratre nostro. ab anno iam et ultra. prout fatorum crudelitate permissum est sublato de medio. nullis legitimis liberis superstitibus ex eodem. nobis agentibus. prout adhuc agimus in remotis. turbato protinus eiusdem Regni regimine. verse sunt illic omnium manus ad spolia. rapinas. et strages. adeo. quod relegata iustitia. et iudicio dissoluto. ibi iam non iuribus set viribus decernatur. de quibus omnibus miserabili pluries eiusdem Regni fidelium ad nos rumore prelato. Volentes eiusdem Regni statui providere. sive successionis sive consuetudinis. sive electionis. sive quocunque alio iure vel modo id competere dinoscatur. Karolum Primogenitum nostrum Salernitanum Principem. et Honoris Montis Sancti Angeli dominum. ad eiusdem Regni Ungarie. Sedem et Regimen. atque in ipsius Regni Regem. ex deliberato fidelium consilio eligentes. ac pereligentes Regnum ipsum Ungarie. cum hominibus. vassallis. honoribus. dignitatibus. principatibus. et Marchionatibus. Ducatibus. Comitatibus. Baroniis. Civitatibus. Castris. Villis. Insulis. planis. Montibus. Aquis Maritimis. iuribus. iurisdictionibus. meri. mixtique Imperii. et gladii potestate. necnon servitiis. tributis rationibus. et pertinentiis suis omnibus. tam infra quam extra Regnum ipsum. ad idem Regnum spectantibus. prout predictus frater noster. aut alii predecessores nostri predicta omnia vel singula tenuerunt vel tenere debuerunt. Viro nobili Henrico Comiti Vademontis fideli nostro ad hec sollempniter constituto. recipienti nomine. ac pro parte ipsius Karoli Primogeniti nostri. ac per eundem Comitem eidem Karolo. et eius heredibus ex ipsius corpore legitime descendentibus inperpetuum natis vel decetero nascituris. de mera liberalitate speciali gratia. et materne caritatis affectu concedimus donamus. et tradimus. vel quasi omneque dominium directum et utile ipsius Regni in eundem Comitem in eundem Primogenitum transferentes. eundem Comitem recipientem nomine ac pro parte ipsius primogeniti nostri exinde per Coronam Auream et eiusdem Regni Vexilla sollempniter investimus. materne benedictionis gratia. et mandato subiuncto. quod idem Primogenitus noster. et heredes ipsius eiusdem Regni populos caritate custodiat iustitia dirigat. ac pace disponat. In cuius rei fidem perpetuamque memoriam. ac eiusdem Karoli primogeniti nostri. et heredem suorum cautelam. presens privilegium sibi. exinde fieri atque Sigillis Principis Incliti domini Viri nostri. domini Karoli Secundi dei gratia Regis Jerusalem et Sicilie Ducatus Apulie et Principatus Capue. Provincie. et Forchalquerii Comitis. et nostro fecimus commoniri. Actum. et Datum Aquis in presentia eiusdem domini Regis Viri nostri. ac Venerabilium in Christo patrum Rostagni Archiepiscopi Aquensis. et Guillielmi Episcopi Dignensis. necnon nobilium Virorum Bertrandi de Baucio Comitis Avellini. Guancherii de Rocca. Hugonis de Baucio. Johannis Scoti Regie Marescalle Magistri. Mathei de Adria Regni Sicilie Thesaurarii. et Magistri Rationalis. Alfanti de Soleriis Senescalli Provincie militum. et aliorum quamplurium. Anno Incarnationis. Millesimo. Ducentesimo. Nonagesimo Secundo. Die. VJ. Januarii. V^{e} Indictionis.

XLVI.

Anno 1292. 21 Luglio 5ª Indizione — Brignolle.

Carlo II permette che gli ambasciadori del Paleologo estraggano da' porti del regno otto cavalli.

Registro 1291. 1292. C. n. 59. fol. 133 t.

Scriptum est eidem Regi Ungarie etc. Cum viri Nobiles Passavistus Prochachumonus Palatii blachorrarum et Johannes Daynenus milites. qui hactenus ad partes lombardie de mandato Magnifici Principis Palialogi venerunt in servitium bone Memorie domini Johannis Marchionis Montis ferrati patris Johannis Marchionis Montis ferrati filii nostri carissimi redire ad partes Romanie nuper intendant. filiationi vestre precipimus. quatenus ipsos cum familiis et rebus eorum transire per Regnum nostrum Sicilie et ibidem equos octo. emere. ac Regnum ipsum exire per mare cum equis ipsis. familia et rebus suis predictis. per portus apulie libere permictentes nullatenus eis in personis vel rebus molestiam inferatis. nec inferri ab aliis permictatis. Datum Brinnonie die XXJ° Julii. V° Indictionis.

XLVII.

Anno 1292. 19 Agosto.

Carlo II conferma le donazioni fatte da Carlo Martello suo primogenito a Ladislao figlio di Stefano re di Servia.

Registro 1291. 1292. C. n. 59. fol. XXXVIIIJ.

Karolus secundus etc. Universis presens privilegium inspecturis. Cum devotorum nostrorum merita benigne respicimus eos in solidiori devotione firmamus et ad id animamus alios per exemplum. Confidentes igitur devotionem sinceram quam Vir Nobilis Ladislaus filius Primogenitus Illustris Principis Stephani Regis Servie gessit ab hactenus erga nos et gerit ad presens. attendentes etiam quod ipse circa servitia Karoli Primogeniti nostri Regis Ungarie Principis Salernitani et Honoris Montis Sancti Angeli domini in acquisitione dicti Regni sui Ungarie efficacia aperta. iam laudandis principiis prestitit et autore domino prestare poterit infuturum de speciali gratia et certa scientia. concessioni. donationi et confirmationi eidem Ladyslao et heredibus ac successoribus eius quibuscunque ex eo legitime descendentibus facte per prefatum Karolum primogenitum nostrum Regem Ungarie de ducatu Sclavonie preter terras quas possidet Radislaus Banus cum fratribus suis. preter etiam terras quas tenet et possidet infra ducatum predictum. Comes Johannes de Vegla modursa et innodolys confrater suo et Comes duymus consobrinus frater eiusdem Comitis. Johannis. Comes eiusdem Comitatus tenendo regendo habendo et possidendo per ipsum. Ladyslaum et dictos heredes suos ad eorum

omnimodam voluntatem. iuxta quod in privilegio prefati Karoli Primogeniti nostri Regis Ungarie sibi indulto plenius continetur. nostrum benigne prestamus assensum. dictasque concessionem. donationem et confirmationem rectificamus et accertamus.

Similes facte sunt Sigillo domine Regine pro eadem verbis competenter mutatis ut supra Datum ut supra.

XLVIII.

Anno 1292. 7 Novembre 6ª Indizione — Aix.

Carlo II ordina farsi degli abiti per Ludovico, Roberto e Raimondo Berengario suoi figli, che stanno per ostaggi in Catalogna, e per Filippo altro suo figlio che sta con lui.

Registro Angioino 1291. 1292. A. n. 57. fol. 14 t.

Scriptum est Gerardo baccusi et Rustico Romanioli et sociis de Societate bachosarum de Luca etc. Cum tam pro filiis nostris in Cathalonia morantibus. quam Philippo qui nobiscum est eorumque familiis subscripte Robe et forrature necessarie sint ad presens fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus ad requisitionem Hugonis de Vicinis. militis Marescalle nostre Magistri dilecti Consiliarii familiaris et fidelis nostri quem ad partes ipsas transmittimus ematis et liberetis Robas subscriptas. videlicet pro forratura Robarum Lodoyci. Roberti et Raymundi berengarii filiorum nostrorum qui sunt in Cathalonia Mantellis de minutis vayris tres et de grossis vayris tres pro duobus fratribus minoribus existentibus cum eisdem de Cambellino et blancetto Tunicas conginentes pro tribus clericis eorum et duobus scutiferis ac quatuor vallettis et vallecto uno qui custodit palafredum unum dicti Raymundi nec non et pro tribus scutiferis qui sunt cum predicto philippo filio nostro Robas convenientes secundum provisionem Hugonis de Vicinis militis supradicti. Significantes nobis et thesaurariis nostris per vestras litteras pecuniam quam pro dictis Robis et forraturis duxeritis exolvendam nos enim illam vobis de nostra Camera exolvi sine difficultate qualibet faciemus. provideatis autem attentius sicut nostrum honorem diligitis ne in hiis aliqua interveniat negligentia vel defectus. quinimmo Robas et forraturas predictas faciatis ad verbus dicti militis liberari. Datum Aquis. Die VIJ° novembris VI° Indictionis.

XLIX.

Anno 1892. 18 Novembre 6ª Indizione—San Dionigi in Francia—Aix.

Carlo II conferma ad Andrea de Episcopo i beni di Pietro della Vigna donatogli pal pontefice Innocenzo IV in compenso di quelli che avea avuto confiscati da re Corrado.

Registro Angioino 1292. 1293 A. n. 57 fol. 34.

Carulus secundus etc. universis presens Privilegium inspecturis, tam presentibus, quam futuris. Et si cunctis nostre ditioni subiectis libenter pandimus munificientie nostre sinum, in illos tamen libentius gratiam nostre liberalitatis extendimus, quos servitiorum nostrorum continuus labor exagitat, et in magnis probatos, et arduis nostri lateris comitatus illustrat. Sane felicis recordationis dominus Innocentius Papa quartus olim Andree de Capua Consiliario, et familiari clare memorie Regis Incliti domini Patris nostri, ac nostro de infrascriptis terris, et bonis Privilegium gratiose concessit tenoris, et continetie subsequetis. Innocentius Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Magistro Andree de Episcopo civi capuano salutem, et Apostolicam benedictionem. Pura fides, quam ad nos, et Apostolicam sedem habere dignosceris, nostrum instanter sollicitat animum, vt de te, tamquam de fideli alio, et devoto propensius cogitemus, et quidem congruentem instantiam dignumque quod per eam suggeritur advertentes libenter ad ipsius pulsationem cordis innuam aperimus circa tuum honorem, et commodum affectuosa meditatione pensantes: id autem aperire sinum tibi Apostolice gratie persuadet quod in Ecclesie matris tue devotione succensus, elegisti magis pro illius exaltatione, tuaque libertate, acerbitate exasperari exilij quam sub adversariorum tuorum dominio natalis soli dulcedine demulceri, ac inexpertis potius commodis offici, quam commodi refici consuetis. Hino est quod nos attendentes damna gravia, que quondam Corradus natus quondam Federici olim Romanorum Imperatoris tibi in destructionem domorum et aliarum possessionum tuarum intulisse dignoscitur pro eo quod ipsi Ecclesie mente stabili adhesisti, ac pro hijs volentes recompensationem tibi facere congruentes, tuis supplicationibus inclinati, unam de startijs de Borlascijs, quarum alteram magistro Petro de sancto Herasmo Civi Capuano duximus conferendam nec non et domos cum viridario, arbustis, et terris alijs eisdem annexis, sitis extra Civitatem Capue prope Ecclesiam sancti Francisci, que fuerunt quondam Petri de vinea, tibi tuisque successoribus in devotionem Ecclesie persistentibus libere, ac in perpetuum concedimus de gratia speciali. Hulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu cotrario contraire, si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Anagnie Idus septembris Pontificatus nostri anno duodecimo. Supplicavit igitur Excellentie nostre Bartholomeus de Capua miles Regni nostri sicilie Prothonotarius, et magne Curie nostre magister Rationalis dilectus Consiliarius familiaris, et fidelis noster eiusdem Andree genitus, ut concessionem ipsam factam eidem Andree de predictis startia, domibus, viridario, arbustis, et terris alijs, quas idem Andreas prefato Bartholomeo certo modo in sua dispositione ultima prelegavit, ad perpetuam firmitatem dicti Bartholomei et heredum suorum confirmare de benignitate Regia dignaremur. Nos itaque advertentes grandia, grata, et accepta servitia per eundem Bartholomeum predicto domino Patri nostro, et nobis exhibita, et que incessanter

exhibet, quibus apud nos ab olim dignum se reddidit, et reddit assidue gratia et favore suis supplicationibus benignius inclinati concessionem predictam factam per memoratum Summum Pontificem eidem Andree de iam dictis startia, domibus viriterio, arbustis, et terris alijs gratam habentes, et ratam de certa scientia confirmamus, et ad maijorem cauthelam eiusdem Bartholomei. eredumque suorum, predictas startiam, domos, viridarium, arbusta, et terras alias perfato Bartholomeo, et suis heredibus in perpetuum donamus, et concedimus degratia speciali. Non obstante quod perdictus dominus Innocentius Papa Quartus tempore tractatus habiti de concedendo per Romanam Ecclesiam Regno sicilie prefato domino patri nostro donationes omnes, et concessiones factas per ipsum dominum Papam in Regno predicto, per suas literas duxerit revocandas. In cuius Rei testimonium presens Privilegium exinde fieri, et Aurea bulla nostre Maiestatis impressa Tipario iussimus communiri. Actum apud Sanctum Dyonisium in Francia die sexto mensis octobris VI[e] Indictionis. Datum vero Aquis in Provincia Anno Domini M.CC.XCII[o] die XVIII[o] mensis novembris eiusdem VI[e] Indictionis Regnorum nostrorum anno VIII.[o]

L.

Anno 1292. 14 Decembre 6[a] Indizione — Napoli.

Essendosi rinvenuti nel luogo di S. Demetrio in tenimento di Salerno alcuni scudi, tra quali quelli di Giacomo di Aragona, di Giovanni da Procida e di Giovanni della Porta, Carlo Martello li richiama a sè.

Registro 1292. C. n. 60. fol. 58.

Scriptum est Nobili Viro Petro de ginusat militi Vicario Principatus et Stratigoto Salerni devoto suo etc. Nuper ad nostrum pervenit auditum quod dum iuxta mandatum nostrum ad locum Sancti Demetrii in Castellatum et munitum ut ferebatur accederes invenisti in eo certa et diversa arma Inter que fuerant scutum Unum ad arma Dompni Jacobi de Aragonia aliud ad arma Johannis de Procida proditoris et sucta alia ad arma Johannis de Porta qui locum ipsum incastellasse asseritur cumque eadem sucta in Curia nostra volumus habere ac per te scire per quos fuit locus ipse incastellatus atque munitum et qualiter ad dictum Johannem predicta sucta pervenerunt. devotioni tue districte precipimus quatenus statim receptis presentibus sucta ipsa ad Curiam nostram mictas. nobisque de premissis aliis scribas et toto processu per Curiam in hac parte habito plenarie veritatem ut quod inde fieri expediat consulte per nostram Curiam vedatur. Datum Neapoli die XIIIJ[o] Decembris VJ[e] Indictionis Regni nostri anno primo (1).

(1) È questa data il 14 decembre 1292 anno primo del regno di Ungaria di Carlo Martello figliuolo di Carlo II, il quale in qualità di Vicario del padre parla nel presente diploma.

LI.

Anno 1293. 30 Gennaio 6ª Indizione — Aix.

Carlo II di Angiò è eletto arbitro da Amedeo Conte di Savoia e da Imberto Delfino di Vienna per derimere alcune loro controversie.

Registro 1292. 1293. A. n. 61. fol. 193.

Karolus Secundus Dei gratia Rex Jerusalem Sicilie Ducatus Apulie et Principatus Capue Provincie et Forchalquerii Comes tenore presentium notum facimus universis quod licet olim Egregii Viri. domini Amedeus Comes Sabaudie. et Imbertus Dalfiny Viennensis super certis controversiis et discordiis inter eos exortis elegerint seu eligi voluerint subsequentes milites. Videlicet. Guillelmum de Sancto Chanino ex parte dicti Comitis et Stephanum de Popia ex parte prefati Dalfini. ipsisque plenam potestatem concesserint seu concedi mandarunt ut de premissis cognoscere ac illa decernere et arbitrari valerent. admicta quod Si dicti duo milites ad hoc ordinati in predictis concordare non possent. nos aut aliter ad hoc per nostram excellentiam statuendus. de prefatis controversiis et discordiis possemus cognoscere et etiam arbitrari tamen quia sicut audivimus. dicti milites in predictis concordare minime potuerunt. Nosque ad alia que nobis Imminenter agenda negotia occupati hiis non possumus personaliter Interesse confisi de fide prudentia et circumspectione discreti viri Magistri G. Agami. Canonici Foroiuliensis. dilecti clerici consiliarii et familiaris nostri Sibi in hac parte totaliter committimus vices nostras. In Cuius Rei testimonium presentes litteras fieri et pendenti sigillo Maiestatis nostre Iussimus communiri. Datum Aquis Anno Domini. M.° CC.° nonagesimo. IIJ. die penultimo. Januarii Sexte Indictionis. Regnorum nostrorum anno nono,

LII.

Anno 1293. 2 Marzo 6ª Indizione — Ferreriis.

Carlo II dona in dote a Margarita sua figlia, che sposato avea Carlo figlio del re di Francia, le contee di Valois, di Alençon e di Angiò.

Registro 1307. B. n. 168. fol. 57.

Karolus secundus etc. Tenore presentium notum facimus Universis quatenus nos Karolo nato Illustris Regis Francorum Valesie Alanzoni et Andegavie Comiti filio nostro Carissimo et Margarite Comitisse Comitatuum eorumdem nate nostre uxori sue ac eorum heredibus ex ipsa Comitissa natis et nascituris. damus et tradimus in perpetuum quicquid Juris proprietatis et usus habemus et habere debemus in domibus nostris de Parisius cum pertinentiis earumdem Salvo Magnifice Principisse domine Margarite (1) Regine Jerusalem et Sicilie Carissime Matri nostre in vita sua usu hospitandi in domibus ipsis quotiens Parisius venerit et voluerit ibi esse. In cuius rei testimonium etc. Datum Ferreriis die secundo Martii. VJ.ᵉ Indictionis.

(1) Questa Margarita è la seconda moglie di re Carlo I, madrigna di Carlo II.

LIII.

Anno 1293. 29 Maggio 6ª Indizione — Napoli.

Riccardo Cappasanta fatto prigioniero dai nemici di Carlo II, per essere liberato dà in ostaggio una sua figlia, che da Carlo Martello viene riscattata.

Registro 1292. C. n. 60 fol. 137.

Scriptum est Jacobo de judice et Mattheo quatrario de Amalfia devotis suis etc. Riccardi Cappasancte de Salerno devoti nostri dudum capti ab hostibus pro fide pugnando et liberati data hostibus ipsis in obsidem quadam filia sua supplicationibus pie moti ut de persecutione sentiat tamen quod merito confortet ipsum in fide concessimus ei in auxilium liberationis eiusdem obsidis captivos undecim quos pro curia custoditis de illis captis pridem per vos et certo vobis dato exinde precio in custodia vestra dimissis salvo iure curie in quo pro residuis tenemini curie supradicte Quare devotioni vestre (*mandamus*) quatenus recepta ab eodem Riccardo ydonea cautione quod si pro liberatione eiusdem filie sue ipsorum captivorum cambium minime complebitur captivos illos quos recipit assignabit. Captivos ipsos numero undecim quo supra valoris et condicionis modice esse accepimus dicto..... pro causa predicta auctoritate presentium assignetis et recipiatis exinde scriptum competens ad cautelam. Datum Neapoli die XXIX Madii VI indictionis Regni nostri (1) anno secundo.

LIV.

Anno 1293. 25 Giugno 6ª Indizione — Tarascona.

Carlo II tratta col Despota Niceforo il matrimonio di Tamar con Filippo suo quartogenito.

Registro 1292. 1293. A. n. 61. fol. 199.

Scriptum est Nobilibus de Nigro Ponte dilectis fidelibus suis etc. Inter nos et Magnificum Virum Niciforum despotem et despinam eius consortem missis hinc inde Sollennibus nunciis tractatus ceptus est de matrimonio inter Philippum natum nostrum et Tamar eorundem despotis et despine filiam auctore domino suo tempore contrahendo. et quia eosdem despotem et despinam. ex pura affectione quam ad habere noscuntur sincere diligimus. ac de Casibus qui solent attingere cogitantes Volumus et vobis presentium tenore mandamus ut si forte pendente tractatu huiusmodi prefatum despotem. Rebus humanis contingerit Mori. Vos prefata despina et filia ac terra et bona omnia prefati despotis Sub defensione vestra nomine nostro recipientes ipsas ac terram et bona predicta ab offensionibus quorumlibet illa offendere volentibus defendatis quousque sicut hiis. aliter nostra provideat Celsitudo. Datum Tarascone Die XXV° Junii Vjª Indictionis.

---

(1) Costui è Carlo Martello re di Ungaria vicario del padre Carlo II.

LV.

Anno 1293. 19 Agosto 6ª Indizione — Vienna in Navarra.

Carlo II manda per economo de' suoi figli che stanno per ostaggi in Catalogna, Guglielmo Lullo.

Registro 1292. 1293. A. n. 61. fol. 205.

Scriptum est Guillelmo Lulii de barcinonia familiari suo salutem etc. Cum nos sumpta de industria tua plena fiducia. te super faciendis expensis filiis nostris detentis pro nobis. ac Comitive cum eis existenti duximus ordinandum. ac super faciendis expensis huiusmodi providendum duxerimus in hunc modum. scilicet quod si iidem filii nostri morentur in partibus Catalonie. vel Aragonie amministrentur eis per diem quamlibet. tam pro ordinariis videlicet quam extraordinariis. turonensium nigrorum libre quatuor. Si vero in partibus Castelle morentur solidi tantum Viginti similiter per diem amministrentur eisdem dilectionem tuam te requirimus et Rogamus ut attenta provisione nostra huiusmodi predictis filiis nostris et eorum Comitive expensas predictas. iuxta formam expressam superius ministres promittimus enim tibi per presentium seriem bona fide. quod totum id quod posueris de tuo in amministrandis expensis eisdem integre tibi restitui faciemus. Datum ut supra (Vienna in Navarra Anno domini M°CC°XCIIJ die XVIIIJ° Augusti VJe Indictionis).

LVI.

Anno 1293. 14 Novembre 7ª Indizione — Aix.

Carlo II conferma la tregua firmata tra lui ed il Marchese di Saluzzo.

Registro Angioino 1293. 1294. A. n. 63. fol. 18 t.

Karolus secundus etc. Tenore presentium notum facimus Universis. quod Treugas initas et firmatas inter Marchionem Saluciorum. et Senescallum nostrum Provincie. seu nuntios suos pro parte nostra. cum pactis et conventionibus. et usque ad terminos. qui in eisdem Treugis distinctius exprimuntur. tenore presentium confirmamus. et observare promittimus. ac per nostros facere observari. Datum Aquis Anno domini etc. Die XIIIJ. Novembris (VIJ Indictionis).

LVII.

Anno 1294. 7 Gennaio. 7ª Indizione — Aix.

Carlo II nomina suoi procuratori per trattare la pace col marchese di Gravessana ed altri.

Registro 1293. 1294. A. n. 63 fol. 27 t. - 28.

Scriptum est. Tenore presentium notum facimus. quod nos de fide industria Barcarii de Sancto Stephano militis. Amelii Buttilla. Sacriste Aquensis. Bertrandi Miracle. dilectorum Consiliariorum familiarium et fidelium nostrorum plenarie confidentes. constituimus. facimus et ordinamus. ipsos veros et legitimos procuratores nostros et nuntios speciales. ad tractandum nomine et parte nostra concordiam et pacem inter nos et Marchionem de Gravessana. Antonium de Carreto. Guillelmum de Ceva et Comites de Sancto Martino. qui diversis rationibus exortis hinc inde nobiscum fuerunt huc usque discordes. cum illis. silicet conditionibus. conventionibus et pactis. que dicti nuntii et procuratores nostri. ad id viderint. expedire. quibus super hiis. plenam et liberam autoritatem concedimus ut circa id possint. promittere. facere. et complere. omnia et singula. que nos ipsi promittere. facere et complere possemus. si personaliter adessemus. promittentes per presentium seriem. nos et heredes nostros omni tempore ratum habituros et firmum. quicquid dicti nostri procuratores et nuntii circa id duxerint ordinandum. Quod si omnes dicti tres procuratores et nuntii nostri ad premissa requirerint personaliter interesse. Duo ex ipsis qui ad id intererint. plenam et integram autoritatem habent. premissa omnia exequendi. Ut autem super premissa adhiberi valeat plena fides. presentes litteras nostras exinde fieri et pendenti Sigillo Maiestatis nostre iussimus communiri. Datum Aquis anno domini etc. Die VIJ° Januarii VIJ° Indictionis Regnorum nostrorum anno decimo.

Karolus Secundus etc. ut in proxima usque concordiam et pacem inter nos et Marchionem Sallutiarum Ninum de Zova. Henricum de Carreto. Corradum de Carreto. Oddonem de Carreto et Huguetum de Carreto qui diversis rationibus etc. ut in proxima. usque in finem.

LVIII.

Anno 1294. 29 Gennaio 7ª Indizione — Aix.

Carlo II ordina al Siniscalco di Provenza e di Forcalquier di non cingere cavalieri se non persone di padre *generis militaris.*

Registro 1294. M. n. 70 o 71 fol. 344 t.

Scriptum est Senescallis Provincie tam presenti quam futuris fidelibus suis etc. Cum in Nobiles nobilitare viros magnificare pusillos et insignire plebeyos honoribus quibus a natura caruerant potestatibus Principem principaliter sit annexum non incongrue agitur si ne quis proprium deferens ortum honores absque Principis licentia gradiatur indebitos Principalis Potestas sub condigua limitatione constituat ac ad ser-

vandam debitam sibi prerogativam a Principe Principum temerarios ausus talium debito modo compescat. Hac itaque consideratione commoti Volumus et fidelitati vestre presentium tenore precipimus ut tam tu presens Senescalle quam vos alii futuri in antea successive ubique terrarum Comitatuum nostrorum Provincie et Forcalquerii faciatis auctoritate presentium ex parte nostri culminis publice inhiberi quod nullus nisi ex parte patris saltem militaris sit generis militari cingulo absque speciali nostra licentia decoretur sub pena videlicet Centum marcarum argenti tam in recipientem quam in tradentem militiam ac etiam sub pena exactorationis eius qui sic militari presumpserit per nostram curiam infringendis penas ipsas in ipsos qui in illos inciderint nullo alio proinde expectato mandato irremisibiliter illaturi. Presentes autem litteras quilibet vestrum successori suo assignet per eum sui tempore officii efficaciter observandas. Datum Aquis Anno Domini MCCLXXXXIIIJ die XXVIIIJ Januarii VIJ^{e} Indictionis.

LIX.

Anno 1294. 31 Gennaio 7^{a} Indizione — Aix.

Carlo II partecipa l'accettazione per parte del re di Francia della tregua tra esso Carlo e Giacomo di Aragona.

Registro Angioino 1293. 1294. A. n. 63 fol. 38 t.

Scriptum est nobili Viro Alfonso Bouroio. Senescallo Bellicadri militi dilecto Amico suo etc. Ad notitiam vestram deferimus quod Princeps Inclitus Dominus Philippus Rex Francorum Illustris. Consanguineus noster carissimus Treuguam inter nos pro parte ipsius Regis. ac nostra. et Dominum Jacobum de Aragonia pridem initam acceptavit. prout in litteris suis. que per latorem presentium per vos inspiciendas transmittimus. poteritis intueri. Requirimus igitur. ut treuguam ipsam iuxta quod in litteris ipsis contineri videritis servetis. et per subiectos iurisdictionis vestre faciatis inviolabiliter observari. Datum Aquis Anno domini. M.° CCXCIIIJ° Die ultimo Januarii. VIJ^{e} Indictionis etc.

Similes facte Senescallo Carcassone } de verbo ad verbum ut supra.
Similes facte Senescallo Tholose } Datum ut supra.

Similes facte sunt Gubernatori Navarre usque intueri. Requirimus igitur ut sit vobis cura sollers. et efficax quod treugua ipsa. iuxta predictarum litterarum continentiam. per vos. et subiectos Jurisdictionis vestre inviolabiliter observetur. Datum ut supra.

LX.

Anno 1294. 4 Febbraio 7ª Indizione — Aix.

Carlo II crea Filippo suo figliuolo in Principe di Taranto.

Registro 1294 M. n. 70 fol. 10 t. - 11 t.

Karolus secundus etc. per presens privilegium notumfacimus Universis tam presentibus quam futuris quod nos ad Philippum filium nostrum carissimum dirigentes paterne caritatis affectum. eum militari nunc per nos cingulo decoratum. creamus et facimus Principem Tarentinum. ac sub titulo Principatus ipsius Civitates. terras. Castra. Casalia. loca. et bona subscripta Videlicet Civitates Tarenti. Matere cum Casali Latertie. et Hostunii. Castrum Horie. Terras Neritonis. et Turris Maris. necnon subscripta alia loca. que fuerunt quondam Adenolfi de Aquino Comitis Acerrarum proditoris nostri ex eius proditione ad manus Curie nostre rationabiliter devoluta. Scilicet Civitatem Ogent cum Casalibus Rusiani. Ortazani. Mutinati. Allani. Gallani cum Sancto Bunditto. ceterisque Casalibus. iuribus. honoribus et pertinentiis Baronie Ogenti. Terras Acerrarum et Mariliani cum eorum Casalibus, et id quod idem Comes habebat in Casali Octeiani, ac medietatem platee Suessule molendinum et fidam Suessule, quas medietatem et fidam cum molendino idem Comes tenebat ex concessione Matris sue. Castrum Bicalvi cum parte Casalis Poste, et cetera bona omnia tam feudalia, quam Burgensatica que fuerunt eiusdem Comitis tam in Aversa et Horia. quam locis quibuslibet aliis Regni nostri omni alienatione si qua idem Adenulfus de terris et bonis predictis. aut feudis Casalibus et pertinentiis eorumdem post commissum per eum crimen proditionis vel indebite alias fecerat. tanquam iuribus vacua per nos penitus irritata. dicto Philippo Principi Tarentino. et suis heredibus utriusque sexus ex suo corpore legitime descensuris. imperpetuum damus. donamus. tradimus et ex causa donationis proprii motus instinctu de novo concedimus in feudum nobile de nostra certa scientia. liberalitate mera. et gratia speciali cum hominibus. Vassallis. fortellitiis. Castris. domibus. edificiis. possessionibus. vineis. Arbustis. Olivetis. terris cultis et incultis. planis. montibus. pratis. nemoribus pascuis. molendinis. Aquis. aquarumque decursibus. tenimentis. territoriis. redditibus. servitiis. iuribus. iurisdictionibus. et pertinentiis omnibus Civitatum. Terrarum. Castrorum. locorum et bonorum omnium predictorum. que videlicet sunt de demanio in demanium et que de servitio in servitium iuxta usus et consuetudines Regni nostri Sicilie. et generalis. ac humane nostre sanctionis edictum de feudorum successionibus in favorem Comitum et Baronum omnium dicti Regni. a tempore felicis adventus domini genitoris nostri in ipsum. Comitatus. Baronias. ac feuda ibi ex perpetua collatione tenentium. factum nuper et in parlamento per nos in proximo celebrato Neapoli divulgatum. pro annuo redditu duorum milium Unciarum. excepimus tantum a concessione presenti de bonis prefati quondam Comitis infrascripta videlicet Castra Montelle. Balneoli. Nusci. Vulturarie. sita in Justitiariatu Principatus. feudum in pertinentiis Mariliani quod dudum tenuit Berterandus de Montiliis ex dono domini patris nostri. partes quas idem Adenulfus habebat in Castris Albeti. Sancti Donati. Campuli. et Septem Fratrum. Bona que tenebat in Baro et eius pertinentiis. et Casale Arole in Terra Laboris. de quibus exceptis a presenti dicti Principis dono aliter duximus providendum. Salvo tantum eidem Principi servitio debito de predicto feudo sito in pertinentiis Mariliani et aliis iuribus que in eo sibi iuste competunt sicut in aliis feudis suis. Providimus insuper dicto Principi pro se et suis heredibus supradictis de alia terra nostra. Regni

predicti usque ad redditum annuum aliarum Unciarum auri Mille. sibi vel ipsius suis heredibus per nos. vel heredes nostros in Regno predicto quamprimum ad id se facultas obtulerit assignanda ubicumque nobis. vel heredibus nostris placuerit. sive de terra iurium Principatus predicti. sive de alia terra nostra eiusdem Regni. Ita quidem quod dictus Princeps et heredes sui habita possessione totius predicte provisionis nostre sibi facte de huiusmodi redditu Annuo Trium milium Unciarum prout superius dictum est non possint a nobis vel heredibus nostris petere ratione Principatus predicti aliam terram, vel alia iura sub modo vel pretextu reintegrationis Principatus eiusdem, vel quod ad eos ratione Principatus ipsius dicentur pertinere. Set hiis contenti sint que sibi nunc concedimus. et usque ad totalem satisfactionem provisionis eiusdem Trium milium Unciarum. nos vel heredes nostri inantea concedimus. Volumus etiam quod sibi et eisdem suis heredibus ab illis feudotariis. qui erant sub dominio et Baronia dicti Comitis Acerrarum. sue tempore captionis de mandato Culminis nostre facte assecurationis debite sacramenta prestentur. et respondeatur. ac intendatur de servitiis debitis. et aliis in quibus tenentur et debent ad honorem et fidelitatem nostram et heredum nostrorum. Exceptis heredibus Nicolai Spinelli de Summa pro feudo quod tenent in Summa. quorum Vassallagium in manu Curie nostre volumus remanere. De Baronibus autem et feudatariis Principatus predicti faciemus diligenter inquiri. et illos sub eodem Principe ac suis heredibus pro suis Baronibus vel feudatariis in parte vel in toto. prout de beneplacito nostro processerit statuemus. quibus ipse princeps. ac sui heredes contenti erunt. iuxta quod duxerimus declarandum et ex causa Principatus predicti alios Barones vel feudotarios a nobis vel nostris heredibus non requirent et interim donec per nos et heredes nostros declaratio ipsa fiat. siqui Barones et feudotarii sint in Civitatibus. terris. et locis omnibus supradictis. qui servire in capite nostre Curie teneantur in nostro demanio et dominio reserventur Illi quoque quibus aliqua iura et possessiones in eisdem Civitatibus. terris. et locis. vel eorum pertinentiis per dominem patrem nostrum vel nos imperpetuum sunt concessa. ea teneant iuxta concessionem huiusmodi eis factam. pro qua tota terra redditus annui Triummilium Unciarum dicto Principi assignata et assignanda per nostram Curiam ut est dictum. ipse quamdiu vixerit de servitio Quinquaginta militum et post eius obitum sui heredes de servitio Centum militum computatis personis eorum servire nostre Curie teneantur iuxta usum et consuetudinem dicti Regni. tam pro hiis que in demanio suo erunt. quam pro feudis de quibus Sibi prescripto modo contigerit responderi. quod servitium idem Princeps pro se et heredibus suis facere sua gratuita voluntate promisit. Nobis vero et nostris heredibus retinemus in predicta Civitate Tarenti ac Civitatibus Terris et locis ceteris supradictis et eorum pertinentiis Salinas que ibi sunt salis officio. Jura Marinarie lignaminum siqua debentur in illis. Jus exiture frumenti. Ordei. et leguminum abinde extrahendorum et extra Regnum ferendorum per mare. quam extractionem fieri nolumus absque nostra vel heredum nostrorum licentia et mandato que omnia in demanio nostro velut ex antiquo ipsi demanio pertinentia volumus remanere Ferrum etiam. Aczarum. et pix. in dicta Civitate Tarenti et locis aliis ex predictis in maritima positis emi debeantur. iuxta solita et servata Curie nostre statuta. Animalia insuper et equitature Massariarum. Araciarum. et Marescallarum nostrarum. pascua et aquam libere sumere valeant in territoriis et pertinentiis locorum ipsorum. et si eorum tenimenta et pertinentie protenduntur usque ad mare. reserventur nobis et nostris heredibus et successoribus in Regno predicto. Possessio. dominium. Jus. et Proprietas totius litoris et maritime pertinentiarum ipsarum inquantum a Mari infra terram per Jactum Baliste ipse pertinentie protenduntur. quam maritimam per homines nostri demanii volumus custodiri. Ab. huiusmodi tantum reservatione dominii litoris et maritime infra terram ad Jactum Baliste ut dictum est predicta Civitas Tarenti et alia loca ex predictis que in ipsa maritima

seu litore sita sunt intelligantur exclusa de quibus omnibus Civitatibus. Castris. Terris. locis. et Bonis prefatum Philippum pro se et suis heredibus supradictis investivimus per Circulum Aureum sub predicto Titulo Principatus. Ita quod tam ipse quam dicti heredes sui omnia supradicta a nobis nostrisque in dicto Regno heredibus et successoribus perpetuo in capite teneant et possideant nullumque alium exinde preter nos. heredes et successores nostros in Superiorem ac dominum recognoscant. Pro quibus omnibus ab eodem Philippo ligium homagium et fidelitatis debite recepimus Juramentum. Retentis nobis et dictis nostris heredibus et successoribus Juramentis fidelitatis prelatorum. Baronum. et feudotariorum. qui sunt in Civitatibus. Terris. Castris. et bonis predictis. ac universorum hominum Civitatum. Terrarum. Castrorum. et Bonorum ipsorum que nobis. et ipsis nostris heredibus et successoribus precise contra omnem hominem prestabuntur, quibus prestitis dicti Philippus et heredes eius assecurabantur ab ipsis Prelatis Baronibus et feudotariis ac hominibus iuxta usum et consuetudinem dicti Regni. Salvus semper nobis et ipsis nostris heredibus et successoribus. Juramentis et fidelitatibus supradictis Retentis etiam Curie nostre Causis Criminalibus pro quibus corporalis pena mortis scilicet vel amissionis membrorum. aut exilii debebit inferri. Collectis quoque quas earumdem Civitatum. Terrarum. Castrorum et bonorum hominibus imponemus. que utique integraliter et libere per nostram Curiam exigentur. Moneta etiam generali que pro tempore de mandato Curie nostre cudetur in Regno predicto. quam et non aliam universi de Civitatibus. terris. Castris. et Bonis ipsis recipient et expendent. Defensis insuper que a quibuscunque personis invocato nostro nomine ipsarum Civitatum. Terrarum. Castrorum. et bonorum hominibus imponentur. et contempte fuerint. quam Cognitio et Castigatio. ad Solam nostram Curiam pertinebit. Collationibus preterea feudorum quaternatorum sive gentilium vocantium pro tempore. in Civitatibus. Terris. Castris et Bonis ipsis Sive per commissum per Barones et feudotarios. Civitatum. Terrarum. Castrorum. et Bonorum ipsorum Crimen hereseos. aut lese Maiestatis. sive pro eo quod absque legitimis heredibus. Barones et feudotarii ipsi decesserint. que totique feuda per nos et nostris in dicto Regno heredes et successores cuicunque voluerimus conferuntur. Ita tantum quod predicti Philippus et heredes eius habeant in feudis ipsis assignationem possessionis eorum ad mandatum nostrum per eos hiis quibus concessa fuerint faciendam. habeantque relevia. servitia et Jura que ab illis quanam feuda ipsa tenuerant debebantur. nisi forsan dictus Princeps vel heredes eius a nobis et dictis nostris heredibus et successoribus premoniti negligentes extiterint in gravando huiusmodi Barones hereticos seu rebelles in quo utique Casu videlicet si premoniti in illis gravandis negligentes extiterint. Jus dominium et Proprietas feudi heretici seu rebellis libere ad nostrum dominium et demanium devolvantur. Salvis servitiis nobis exinde debitis secundum usum et consuetudinem dicti Regni. et omnibus quibuslibet aliis que Curie nostre maioris dominii ratione in ipsis Civitatibus. Terris. Castris locis et bonis. vel pro ipsis debentur prout habemus ea. et habere debemus in locis aliis dicti Regni ipsius maioris dominii ratione. Salvis etiam usibus et consuetudinibus aliis dicti Regni ac Juribus Curie nostre et alterius cuiuscumque. Ceterum volumus et ex nunc concedimus. ut si terram et bona que Mater prefati quondam Comitis Acerrarum tenet in Regno predicto ex dodario. vel alias contingat ad nostram Curiam pervenire. priusquam dictus Princeps vel eius heredes possessionem Terre predicte annui redditus unciarum auri Mille que assignanda restat eidem ut superius dictum est. a nobis vel nostris heredibus assequantur. Terra et bona huiusmodi Mulieris eiusdem. dicto Principi vel eius heredibus computanda in summa ipsarum Mille unciarum pro eo redditu annuo. quem invenientur valere. per nos vel heredes nostros debeant assignari tamquam sibi per nos ex nunc ut ex tunc prescripto modo gratiose concessa. Ut autem presens nostra Datio. Traditio atque concessio. perpetuum Robur optineat firmitatis. presens privilegium nostrum Sibi

exinde fieri et pendenti Sigillo Maiestatis nostre iussimus communiri. Alio privilegio huic consimili sub Aurea Bulla nostre Maiestatis impressa typario concesso ei nichilominus ad Cautelam. Actum Aquis presentibus Venerabilibus Viris Magistro Adam de Dussiaco Cusentino electo Regni nostri Sicilie Cancellario. Magistro Guillelmo de Ferreriis Preposito Marsiliensi. Othone de Tucziaco dicti Regni Sicilie Magistro Justitiario. Mattheo de Adria. et Johanne Pipino de Barolo militibns Magne Curie nostre Magistris Rationalibus. dilectis consiliariis. familiaribus et fidelibus nostris. ac pluribus aliis. Datum ibidem Anno Domini. M° CC° XCIIIJ° Die quarto Februarii VIJ• Indictionis Regnorum nostrorum Anno Decimo.

LXI.

Anno 1294. 8 Febbraio 7ª Indizione — Aix.

Costituzioni della Provenza.

Registro 1294. M. n. 71 fol. 362-363.

CONSTITUTIONES PROVINCIE

Karolus Secundus. Dei gratia. Rex Jerusalem. Sicilie. Ducatus Apulie. et Principatus Capue. Provincie et Forchalquerii Comes. Senescallis Provincie. et Forchalquerii presenti et futuris. gratiam et bonam voluntatem. Omne nobis est studium ut crediti nobis a Domino Deo bene iuvant. et eius inveniant placationem. Intuentes igitur quod quamplures subditi nostri. in animarum suarum grave dispendium. nimis assidue delinqunt. circa ea qne inferius describuntur. Idcirco diligenti deliberatione preabita. communicatoque multorum consilio sapientum. Constitutiones infrascriptas deo placente pro salute nostrorum edidimus subditorum. Quas in omnibus terris nostris et subditorum nostrorum Comitatuum Provincie et Forchalquerii Volumus et precipimus imperpetuum inviolabiliter observari.

In primis quoniam quidam Blasfema verba et sacramenta de Deo vel de Sancta et gloriosa Semperque Virgine Dei Genitrice Maria. vel de aliis Sanctis Dei. dicere presumunt. Deum ad iracundiam provocantes. Iniungimus omnibus abstinere. ab huiusmodi blasfemis verbis. Qui vero contrafecerit. Siquidem fuerit Burgensis vel Miles vel alius nobilis. Viginti Solidos Regalium Coronatorum. si vero plebe ius decem Solidos eidem monete. nomine pene solvere compellatur. Cuius pene quarta pars solvatur deferenti. residuum vero Curie. Et siquis penam predictam solvere non poterit. ponatur die Dominica. hora prima puplice in Castello. et ibidem usque ad horam Commestionis teneatur. ut alii hoc videntis a similibus arceantur.

Item quia quidam. contra fidem promissam. et suo Juramento firmatam. temerarie in aliorum preiudicium venientes. nomen Domini Dei nostri. vilipendere non verentur. precipimus. quod tales periuri. Si Burgenses vel Nobiles fuerint. Viginti Solidos Regalium Coronatornm Si plebei decem Solidos. temporali Curie applicandos. pro pena solvere teneantur. Et siquis penam predictam solvere non poterit ponatur die Dominica hora prima puplice in Castello et ibidem. usque ad horam Commestionis teneatur. ut alii hec videntes a similibus arceantur.

Item quia quidam. Dies dominicos et alia festa. que per Ecclesiam sunt ipso Jure indicta. vel etiam inducuntur. presumerit temerarie violare. opera prohibita faciendo.

statuimus ut quicumque talis inventus fuerit. Tredecim denarios Regalium Coronatorum pene nomine solvere teneatur. quorum denariorum Sex. sint Curie temporalis. Sex alii parrocchialis Ecclesie. et Unus exequtoris pene per quem fiet exactio huius pene. Ortamur etiam et precipimus quod omnes qui nobis sunt immediate vel mediate subiecti. veniant ad Ecclesiam. et ibi divinum officium et mandata Ecclesie audiant. et subscipiant ut tenentur. et specialiter statuimus quod omni die dominico. veniat ad Ecclesiam parrochialem. una saltem persona de qualibet domu. et in ipsa Ecclesia Missam et Mandata Ecclesie audiat reverenter. si vero contigerit quod die dominica non venerit. una saltem persona de domo qualibet ut est dictum. dominus vel domina illius domus. Tredecim denarios Regalium Coronatorum pro pena solvere teneatur. nisi causa necessitatis se voluerit excusare. quorum denariorum Sex sint Curie temporalis. Sex alii parrochialis Ecclesie. et Unus executoris Curie per quem fiet exactio huius pene. Quia pudice nobis per omnia pertinet vivere. interdicimus omnibus et singulis. Uxores habentibus. habere vel tenere concubinas in domo Secum vel etiam extra domum. qui vero contrafecerit. Siquidem Burgensis vel Nobilis fuerit. Decem. Si plebeius quinque Marchas Argenti fini. pene nomine solvere compellatur. Cuius pene decima pars detur ei qui detulerit. residuum sit Curie Temporalis. et siquis penam predictam solvere non poterit die dominico hora prima ponatur puplice in Castello. et ibidem usque ad horam Commestionis teneatur ut alii hoc videntes a similibus arceantur. Siquis autem postquam penam predictam. pecuniariam solverit. vel corporalem substinuerit concubinam ipsam habere presumserit. idcirco prius penam predictam pecuniariam vel corporalem item mulier cogatur. et sic deinceps quamdiu in eodem peccato permanserit. pena predicta cohérceatur totiens cotiens in eodem peccato deprensus fuerit ut est dictum. ut pena docente discat Caste Vivere. non autem delectari et amare inlicite. divinoque ac nostro beneplacito repugnare. ipsi quoque concubine pena per omnia simili imminente. In delicto enim equali. prossimas eis imminere penas Justum putamus. Volentes quantum possumus illorum fraudibus oviare. qui lucris illicitis inhiantes. contra bonam fidem bis idem exigere moliuntur. Statuimus quod de cetero mandamenta Judicialia. vel quelibet alia Instrumenta. de quocumque debito facienda. si a tempore Ultimi termini solutionis eiusdem debiti non facta in Jure querela vel postquam creditor. desierit litigare seu conqueri. triennium transierit. nullis firmitatis existant. nec debitum in talibus mandamentis. vel Instrumentis descriptum exigatur ex tunc. vel aliqua ipsius vel pro ipso compensatio. exceptio. vel retentio. concedatur. nisi infra predictum triennium mandamenta vel Instrumenta predicta fuerint revocata. hec autem in mandamentis decetero faciendis et etiam in iam factis seu receptis. si causam Solutionis debiti. in eis descripti terminus Ultimus non dum venit. et etiam in iam factis seu receptis. licet solutionis debiti in eis descripti terminus Ultimus iam venerit locum habere sancimus. Ut tamen in huiusmodi mandamentis vel Instrumentis quorum Ultimus terminus iam transiit. incipiat triennium computari. ab eo tempore quo presens nostra constitutio fuerit puplicata. Si pro causis temporalibus cogitamus. nullo magis pro animarum salute. providentia est nostre sollecitudinis adhibenda. Quia igitur nonnulli insolentes excommunicationis sententiam que medicinalis est. si contempta non fuerit. in animarum suarum dispendium vilipendunt. Idcirco ne Culpam facientis videamur incurrere. quam habet ille qui quidem potest contigere negligit emendare. sancimus ut siquis decetero. excommunicationis sententiam latam a Jure postquam legitime fuerit. per aliquem Archiepiscopum vel Episcopum terre nostre vel de ipsius expresso ex papali mandato. pupplicatam vel promulgatam in ipsum rite et legitime. per aliquem Archiepiscoporum vel Episcoporum predictorum. et legitime puplicatam. substinuerit per annum animo indurato bona omnia ipsius capiantur per Curiam secularem. Cui fuerit ille subiectus. tenenda per ipsam Curiam donec fuerit absolutus.

Item quia cum illis quos sacro Sancta Vitat Ecclesia nobit nulla communio debet esse statuymus quod nullus excommunicatus a Jure vel ab homine de cuius excomunicatione sit Curia certo modo certa. recipiatur ad aliquid puplicum officium pro aliqua temporali Curie exercendum. Et si quis puplicorum officialium sententiam excomunicationis incurrerit. et de hoc fuerit Curia debito modo certa. non permictatur officium exercere. donec fuerit absolutus. cum spiritualis et secularis potestates sibi ad invicem non reprimant. se mutuo se se. coadiuvant est consonantia quedam bona. omne quicquid Utile est Umano conferens generi. qua propter precipimus. quatenus nullus officialium nostrorum Jurisdictionem vel processum spiritualem. Judicis ecclesiastici audeat pinarum impositionibus. seu per quorumlibet acionibus vel aliter indebite impedire. quinimmo per Judices Ecclesiasticos a spiritualibus requisiti. possent ipsi prout Jura voluerint. Ausilium Brachii secularis. Quia vero impediendo dictam Jurisdictionem. vel processum spiritualem. vel non prestando ut est dictum ausilium brachii Secularis. presens statutum Violare presumserit. unam marcam argenti fini pro pena nostre Curie qualibet vice cogatur inferre. prohibemus ne quis laycus tonsuram vel rasuram Capitis factam in forma seu figura tonsure. sive Corone Clericalis. audeat quacunque causa vel occasione portare. cum hoc tam Juri quam honestati repugnet. et sic perniciosum exemplo. qui vero contrafecerit unam marcam argenti Curie temporali solvere pene nomine compellatur. et siquis penam predictam solvere non poterit ponatur die dominica hora prima puplice in Castello. et ibidem usque ad oram commestionis tenentur. ut alii hoc videntes. a similibus arceantur. Si quis autem postquam penam predictam pecuniariam solverit vel corporalem substinuerit. Tonsuram vel rasuram predictam portare presumserit. sicut prius penam predictam pecuniariam vel corporalem iterum subire cogatur. et sic deinceps quamdiu in eodem delicto permanserit. pena predicta coherceatur. totiens cotiens in eodem delicto deprehensus fuerit ut est dictum. Absurdum est ut blasfemus Christi Judeus imperet orthodosis in Christianos vim alicuius exerceat potestatis. Unde dixtrictius inhibemus Judeos cuiuscunque sextus habere nutricem. vel anciliam. seu pedixetam christianam. vel nuntium aliquem christianum. christiani quoque seu christiane. non presumant se subicere. Judeis modo aliquo predictorum. Preterea sancimus nemine Judeorum. quodcumque puplicum officium cuicunque Curie administrare. vel gerere occasione cuius possit. in christianos aliquam potestatem puplicam exercere. qui vero contra presentem nostram constitutionem. personam christianam tenere vel habere. vel cum Judeis ut nutrix. vel pedixeta. vel etiam ut nuntius morari facere. vel aliquod puplicum officium gerere vel administrare presunserit. duas marcas argenti fini Curie temporali solvere teneatur. et siquis penam predictam solvere non poterit. ponatur quatuor diebus dominicis hora prima puplice in Castello et ibidem qualibet vice usque ad horam commestionis teneatur. ut alii hoc videntes a similibus arceantur. Si quis autem postquam penam predictam pecuniariam solverit vel corporalem substinuerit. presentem nostram constitutionem in aliqua sui parte iterum violare presumserit sicut prius penam predictam pecuniariam vel corporalem iterum subire cogatur. et si deinceps quamdiu in eodem delicto deprehensus fuerit ut est dictum. Ille vero qui aliquod. de predictis officiis gerens vel administrans. tradere cuicumque Judeo ausus fuerit quatuor marcas argenti pene nomine temporalia Curie solvere compellatur. Ut Judei a christianis ipsa etiam inspectione habitus discernantur. precipimus hoc edicto in perpetuum valituro. quod quilibet Judeus in Veste superiori portet ubique patenter super pectus rotam magnam de feltro Croceo. habentem in circuitu quantitatem Medii palmi de Canna. nullam contra hoc fraudem portando vestes. de Colore dicti feltri. vel aliter commisurus. Si vero Judeus aliquis prossime. dictum Signum portare pretermiserit. vel contra mentem huius nostre constitutionis. fraudem aliquam fecerit. solvat qualibet vice. qua indutus existens sine predicto Signo

inventus fuerit. vel fraudem contra premissa permiserit. Unam marcam argenti fini pro pena Curie temporali. et Siquis penam predictam solvere non poterit. ponatur die dominica hora prima. puplice. in Castello. et ibidem usque ad horam commestionis teneatur. ut alii hoc videntes a similibus arceantur.

In omnibus autem casibus qui in predictis omnibus et singulis nostris Constitutionibus continentur. Volumus procedi ad veritatis examinationem. et delinquentium cohercionme. per Simples officium Judicis competentis. et sine strepitu Judicii et figura per premissas autem constitutiones nostras non intendimus derogare. aliis penis legalibus que pro premissis causis delinquentibus imponuntur. Volumus etiam et presenti edicto in perpetuum valituro sancimus quod pene omnes pecuniarie. contra transgressores prescriptis constitutionibus stabilite. quarum delatio et exactio. ad nostram Curiam pertinebit. ad Elemosinarium nostrum debeant pervenire. per eum pauperibus erogando. De aliis vero quarum delatio et exactio ad eandem Curiam immediate non pertinet. fiat iuxta provisionem eorum ad quos pervenire debent et pertinere noscuntur. Que igitur placuerunt nobis et per superscriptas Constitutiones nostras. salubriter sunt sancita. facias Tu presens Senescalle in notitiam omnium subditorum nostrorum dictorum comitatuum pervenire. eaque tam tu presens quam vel alii futuri. studeatis efficaciter observare. ac per alios subditos nostros prout pertinebit. a Jurisdictione cuiuslibet. facere observari. Data Aquis anno domini. M.° CC.° XCIIIJ.° Die. VIIJ. Frebuarii (*sic*). VIJ° Indictionis. Regnorum nostrorum anno Decimo.

LXII.

Anno 1294. 15 Febbraio 7ª Indizione — Sangermano.

Carlo Martello Vicario del Regno ordina la osservanza de' Capitoli del Regno pubblicati nella pianura di S. Martino da Carlo suo padre nel 31 di marzo dell' anno 1283.

Registro Angioino 1294. I. n. 69. fol. 145.

Scriptum est Nobili viro Guillelmo Standardo militi Regni Sicilie marescallo in principatu et terra laboris Capitaneo Generali dilecto et devoto suo et cetera. Nobilis vir Raynaldus Galardus miles dicti Regni panectarius dilectus et devotus noster in nostri presencia nuper exposuit quod licet dominus genitor noster tempore quo principali titulo et vicarie officio fungebatur per capitula in planitie sancti martini per eum edita Anno domini millesimo ducentesimo octogesimo tertio mense martii die ultimo eiusdem undecime indictionis omnia residua collectarum quarumqunque ad que alique provincie terre vel loca curie tenebantur remiserit gratiose que quidem capitula idem dominus Genitor noster postquam Regni dyadema suscepit. in parlamento celebrato Neapoli confirmavit. Tu tamen contra tenorem capitulorum ipsorum de residua collectarum ad que Curie tenebant homines Castri Celinori Siti in iurisdictione tua prius quam predicta Capitula ederentur ab hominibus ipsis pretestu commissionis tibi facte de recolligendis residuis exigis minus iuste. Nos igitur hec et alia Capitula edita et confirmata per dominum patrem nostrum tam circa homines ipsos quum alios fideles Regios volentes tenaciter observari ad supplicationem prefati panecterii. devotioni tue districte man-

davimus. quatenus si res ita se habet ab hominibus dicti Castri huiusmodi residua contra predictorum capitulorum tenorem nullatenus exiguas nec ipsos propterea inquietes revocantes in irritum si contra ipsos propterea in aliquo processisti. datum apud Sanctum Germanum die quintodecimo februarii septima indictione Regni nostri anno secundo (1).

LXIII.

Anno 1294. 8 Marzo 7ª Indizione — Napoli.

Giovanni da Procida ottiene licenza da re Carlo II di potere comprare alcuni beni siti nell' Isola di Procida.

Registro 1293-1294. A. n. 63. fol. 97 t.

Scriptum est. Tenore presentium notum facimus Universis quod pro parte Johannis de Procida militis devoti nostri fuit Maiestati nostre devotius supplicatum. ut cum certas possessiones et Bona stabilia sita in Insula Procide et pertinentiis eius sunt aliquorum Neapolitanorum Civium emere intendant ab eis nec id sibi cautum aut licitum asserat absque nostre Serenitatis assensu ac licentia Speciali dignaremur hiis benignius assentire. Nos ergo pensantes quod et si predicti Johannis de Procida. sic aput hostes illa condicio atque Status qui sunt vulgo notorii. nobis tantum interdum studuit esse gratificus huiusmodi suis supplicationibus in hac parte non dignum cognovimus condescendere gratiose. Placet itaque Maiestati nostre ac de speciali gratia presentibus assentimus quod dictus Johannes de Procida per se vel suos a dictis Neapolitanis Civibus Bona stabilia et possessiones habentibus in eadem Insula Procide et pertinentiis eius eoque ipsi Johanni volentibus vendere possit libere auctoritate presentium emere et emptionis huiusmodi titulo. sue adicere potestati quoque ipsi Neapolitani Cives Patroni eorum Ipsi Johanni vendere valeant sine alicuius note dubio eis imposterum. per Curiam propterea impingende. Datum Neapoli per Bartholomeum de Capua militem. etc. Anno domini etc. Die VIIJº Martii VIJe Indictionis.

LXIV.

Anno 1294. 29 Aprile 7ª indizione — Napoli.

Giovanni da Procida ottiene di poter seppellire nel monastero di S. Spirito di Salerno le ossa di sua moglie.

Registro 1293-1294. A. n. 63 fol. 84.

Karolus secundus etc. Religiosis mulieribus. Abbatisse et conventui Monasterii Sancti Spiritus de Salerno etc. pro parte Johannis de Procida devoti nostri supplicatione noviter interiecta petivit. ut ossa uxoris sue premortue intumulari et Recipi in eodem

(1) È Carlo Martello Principe di Salerno e re di Ungaria che parla.

vestro Monasterio patiamur cuius in hac petitione amissa permittimus et sine displicentia concetimus quod ossa huiusmodi si mictantur in eodem vestro Monasterio recipiantur a Vobis et prout statuerit ut tumulentur ibidem presentes nostras Vobis in huius testimonii litteras concedentes. Datum Neapoli per B. de Capua militem etc. die penultimo Aprilis VIJ° Indictionis.

LXV.

Anno 1294. 8 Maggio 7ª Indizione — Napoli.

Adenolfo d' Aquino Conte di Acerra e Martuccio Cicinello sono bruciati vivi *propter crimen orrendum.*

Registro Angioino 1294. F. n. 68. fol. 167.

Scriptum est Philippo nato suo Carissimo Principi Tarentino. crescere in virtutibus et in graciis habundare. deducto dudum ad audientiam nostram per divulgantis fame notorium quod quondam Adenulfus Acerrarum Comes quamplures fideles nostros, nonnullis eorum bonis et possessionibus destituerat auctoritate propria nullo iuris ordine observato. Nos volentes in hac parte nostrorum indempnitati fidelium oportune provisionis compendio providere inquiri de hijs mandavimus diligenter et quia per inquisitionem factam exinde curie nostre constat. quod prefatus Adenulfus. Raucium de Griffo nepotem et heredem quondam Rahonis de griffo militis natum ex quondam Paulo milite filio dicti Raonis possessore quorumdam bonorum feudalium consistentiam in Vassallis terris redditibus iusticiis starcijs et alijs iuribus que dictus Rao quo advixit ex concessione clare memorie domini patris nostri et eo defuncto, dominus Raucius usque ad tempus liberationis dicti Adenulfi de carcere castri ovi tenuerant et possederant in mareliano et pertinentijs eius destituerit seu destitui fecerit. et insuper bona ipsa concesserit quondam Martucio Cicinello de Neapoli qui propter crimen orrendum et etiam a labijs alienum. quod cum eodem Adenulfo. commisisse convictus est. fuit similiter ignis incendio concrematus, Volumus et filiationi tue precipimus quatenus prefato Raucio vel procuratori suo pro eo bona predicta que inter alia bona eiusdem Adenulfi, ad te vel ad procuratores tuos, tuo nomine pervenisse dicuntur, mandes et facias absque dilationis et difficultatis obstaculo resignari. tenenda a te sub servitio debito et consueto prestari pro ipsis. Datum Neapoli per Bartholomeum de Capua die VIII Madii VII° Indictionis.

LXVI.

Anno 1294. 15 Maggio 7ª Indizione — Napoli.

Carlo II assegna il castello di Canosa alla damigella Maria di Gerusalemme per sua abitazione.

Registro 1293-1294. A. n. 63. fol. 106 t.

Scriptum est Castellano seu custodi Castri Canusii pro parte Ugonis de Vicinis Militis Provincie Senescalli fideli suo etc. Cum Nos Egregie Mulieri Domicelle Marie de Jerusalem filie quondam Principis antiocheni et Comitis Tripolitani Custodiam dicti Castri per habitationem suam eiusque familie te inde pro parte dicti Ugonis ammoto usque ad beneplacitum nostrum duximus concedendam ac concessimus ei ut usque ad beneplacitum ipsum Jura redditus et proventus eiusdem Castri pro Uncis auri centum viginti percipiat et habeat annuatim computandi sin debito in quo tenetur Curia nostra Sibi fidelitati tue precipimus. quatenus statim receptis presentibus a custodia dicti Castri et perceptione Jurium et proventuum ipsius presentium auctoritate desistens. statutum predictum cum armis Victualibus Vino Carnibus sallitis aliisque munitionibus Curie existentibus in eodem ac captivis siqui in eo sunt dicte Domicelle vel certo pro ea nuntio. assignare procures. ac per ipsam seu procuratorem eius Jura redditus et proventus ipsius Castri percipi patiaris rescripturus nobis et Magistris Rationalibus Magne Curie nostre dicte assignationis dicti Castri ac res alia munitionis eiusdem nec non nomina et cognomina captivorum si quos assignaveris ac tantum detentionem ipsorum particulariter et distincte et facturus nichilominus fieri de assignatione predicta tria publica consimilia Inventaria quorum uno tibi recepto alio dicte Domicille vel suo procuratori tradito reliquum ad nostram Cameram destinare procures. Datum Neapoli per Magistros Rationales etc. Die XV° Maij VIJ° Indictionis.

LXVII.

Anno 1294. 20 Giugno 7ª Indizione — Bari.

Carlo II e Carlo Martello suo figlio chiamano il Bano Paolo a Napoli.

Registro Angioino 1293. 1294. A. n. 63. fol. 164 t.

Karolus Secundus etc. et Karolus eiusdem Regis Primogenitus. eadem gratia Rex Ungarie. Dalmatie. Cloatie. Gallicie. Rame Servie. Lodomerie. Cumanie Bulgarieque Rex. Princeps Salernitanus etc. Notumfacimus Universis presentes litteras inspecturis quod cum Nos super prosecutione negotii. nostri predicti Regis Ungarie de Regno nostro Ungarie. cum Viro Nobili Paulo Bano conferre ac eius consilio uti volentes. eundem Paulum ad nostram proinde presentiam duximus evocandum. volentes huiusmodi vocationem ipsi Pauli vel illi ex fratribus suis. quem ad nos in defectum personalis accesus eiusdem Pauli venire contiget. dubiam urgere licet eis dubitare super hoc de aliquo

non sit opus. assecuramus eos per presentium seriem et quemlibet eorumdem in persona familia. equitaturis. et rebus eorum omnibus in veniendo. morando et etiam redeundo. ut tam venire ad nos quam morari nobiscum. quam etiam redire eorum ad propria. possint salvo. libere et secure. nullis per nos ac gentem vel fideles aut subditos. valitoresque nostros. ipsis fratribus. vel eorum alteri sive in persona sive in familia. equitaturis. rebusve ipsorum quibuslibet molestia. dampno aut quovis perpedio quodolibet inferendis. has nostras eis in testimonium et cautelam etiam concedentes. Ad hec quia superius nomina fratrum dicti Pauli Bani. minime ad evocationem applicantur. ne dubium emergat eisdem ipsorum nomina presentibus lucidamus. et securitatem videlicet. Comiti Georgio. et Comiti Meladino. ut supra distinguitur in eorum testimonium et cautelam duximus concedendam. Datum Bari per Bartholomeum de Capua etc. Die XX. Junij. VIJ[e] Indictionis.

LXVIII.

Anno 1294. 22 Giugno 7ª Indizione — Bari.

Carlo II e Carlo Martello suo figlio scrivono a Donmauro Zabilio di Zadara di venire in Napoli.

Registro Angioino 1293. 1294. A. n. 63. fol. 164 t.

Scriptum est Nobili Viro Donpmauro Zabilino de Zadara dilecto. et devoto suo etc. Revolventes in animo tue fidei et dilectionis constantiam. quam erga celsitudinem nostram. prompto animo continuatis successibus ostendisti. merito inducimus. te exinde ad benemeritorum consortium aggregare. Verum cum propter tue devotionis merita et obsequia indefessa. que operum experientia probata cognovimus. intendamus te dignis favoribus adaugere. Volumus et mandamus. ut statim ad nostram accedas presentiam quia te videre presentialiter plurimum affectamus. Datum Bari per Bartholomeum de Capua etc. Die XXIJ°. Junii. VIJ[e] Indictionis.

LXIX.

Anno 1294. 23 Luglio 7ª Indizione — Sulmona.

Carlo II partecipa al capitano di Corfù di avere egli donata questa isola al suo figlio Filippo Principe di Taranto.

Registro Angioino 1293. 1294. A. n. 63. fol. 207 t.

Scriptum est Guillelmo Grosseteste militi Capitaneo Insule Corphoy. ac Universis hominibus eiusdem Insule fidelibus suis etc. Cum nos dictam Insulam Corphoy. cum iuribus. rationibus. et pertinentiis suis omnibus Philippo nato nostro Principi Tarentino et Regni nostri Sicilie Vicario generali. ex paterne dilectionis affectu gratiose duxerimus

concedendam fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus. quatenus ad requisitionem Petri de Ynsula Militis consiliarii familiaris et fidelis nostri quem Princeps idem ad hoc capitaneum transmictit illorsum. pareatis et efficaciter intendentes eidem. Vos homines respondentes sibi in omnibus in quibus tenemini et debetis pro parte Principis memorati. Datum Sulmone per Bartholomeum de Capua etc. die XX° III° Julii. VIJª Indictionis.

LXX.

Anno 1294. 2 Settembre 8ª Indizione — Aquila.

Carlo II fa selciare le strade della città di Napoli.

Registro Angioino 1295. D. n. 77. fol. 95.

Scriptum est Universis hominibus Civitatis Neapolis fidelibus suis etc. Cum plateas Vicos et strattas quaslibet Civitatis eiusdem restantes ad plancanda. et silicanda plancari et silicari. quanto decentius et melius fieri poterit per vos volimus omnino. fidelitati vestre firmiter et expresse precipimus quatenus statim Receptis presentibus omni prorsus mora occasione et dilattione sublatis sicut Maiestati nostre placere ac indignationem vitare Cupitis plateas Vicos et stratas quaslibet Civitatis eiusdem restantes ad plancandum et Silicandum plancari et Sicilari. ac attari et preparari quanto decentius et melius fieri poterit modis omnibus faciatis. Ita quod in Adventu nostro qui ad terram ipsam deo propitio etiam in Brevi. plateas vicos. et stratas easdem preparatas et aptatas de omnibus possimus infallibiliter invenire. Datum Aquile per Magistros Rationales Magne nostre Curie. Anno Domini. M°. CC°. XCIIIJ°. Die. IJ°. Septembris. VIIJª Indictionis. Regnorum nostrorum Anno decimo.

LXXI.

Anno 1294. 3 Settembre 8ª Indizione — Aquila.

Carlo II spedisce Rostaino Cantelmo e Guido de Lamennai a preparare alloggio nella città di Napoli pei Cardinali e loro gente, alla venuta del pontefice in Napoli.

Registro Angioino 1295. D. n. 77. fol. 95 t.

Scriptum est Universis hominibus Neapolis dilectis fidelibus suis etc. Sicut Vos ipsos ignorare non credimus opus est quod pro felici adventu Sanctissimi in Christo Patris. et Clementissimi Domini nostri. domini Summi Pontificis dominorum Cardinalium et totius Romane Curie. ac etiam nostro ad Civitatem nostram Neapolis. futuro quidem proximo de congruis ibi pro eisdem dominis et Curie invenientes et habendis hospitii

provisio precedat sollicita et sequatur ordinatio circumspecta. Ecce itaque ne defectus de illis quod absit immineat. Rostaynum Cantelmi. et Guidonem de Alamania milites et Consiliarios familiares et fideles nostros dilectos ad Civitatem ipsam duximus premittendos. Volentes et fidelitati vestre precipientes expresse ut statim post receptionem presentem Viros aliquos de melioribus et sufficientioribus Civitatis ipsius. dictis Rostayno et Guidoni adhibere curetis cum quibus Rostaynus et Guido ipsi. de predictis hospitiis habendis et Genti dictorum dominorum et Curie ut requiverint exhibendis cum debita deliberatione provideant ordinent et disponant. Sic requisitioni et mandato ac provisioni ordiaationi et dispositioni circa id eorumdem nuntiorum nostrorum devote ac efficaciter parituri. quod et premissa ac cetera omnia que in hac parte dictis nuntiis expedientia videbuntur ordinentur et fiant prorsus ut expedit. et Vos de devota susceptione dictorum dominorum et Curie. ac de obedientia debita occurratis merito commendari. de hospitiis vero Gentis nostre faciant iidem nuntii prout eis duximus horetenus iniungendum. Datum Aquile per Magistros Rationales etc. Die IIJ°. Septembris VIIJ° Indictionis.

LXXII.

Anno 1294. 9 Settembre 8ª Indizione — Aquila.

Carlo II fa costruire una nuova stanza nel castello di Capuana nella Città di Napoli, dovendo il Pontefice ivi dimorare alla sua prossima venuta in Napoli.

Registro Angioino 1294. C. n. 65. fol. 6 t.

Scriptum est Rostayno Cantelmi Guidoni de Alamania militibus et fratri Matheo Rogerii de Salerno ac Petro Bodino Magne Curie nostre Magistris Rationalibus. dilectis Consiliariis familiaribus. et fidelibus suis etc. Cum Sanctissimo in Christo Pater. et dominus noster. dominus Summus Pontifex in proximo Neapoli sit venturus. et provisum sit quod in Castro nostro Capuane debeat hospitari. fidelitati vestre sub obtentu gratie nostre firmiter et expresse mandamus quatenus sicut nobis placere cupitis. et contrarium formidatis. ad requisitionem et iuxta provisionem Ligorii minutuli de Neapoli de Neapoli militis dilecti fideli nostri. qui per nos est inde presentialiter informatus. super terratiam que continuatur cum Capella eiusdem Castri. Salam unam cum fenestris necessariis. et Cimineda in medio fieri ordinetis et faciatis instanter. tot Magistros ad id et operarios alios statuentes. quod in adventu eiusdem domini qui erit in proximo infallibiliter sit completa. Pro quo opere pecuniam oportunam predicto militi tribuatis. de quacunque pecunia Curie quam habere potueritis undecumque et in eius defectu. quam super iocalibus. aut Cabellis nostris. recipiatis mutuo. vel de nostro proprio mutuetis. aliquatenus differatur. Datum Aquile per Magistros Rationales etc. Die VIIIJ° Septembris. VIIJ° Indictionis (1).

(1) Re Carlo due giorni innanzi, cioè nel 7 di questo stesso mese, spedì ordine ai predetti Di Ruggiero e Bodin di fare *pro coquinis hospitii nostri quamdam domum in balio Castri nostri Capuani de Neapoli quod hospitari proponimus*, e di fare in questo castello tutte le riparazioni che bisognassero. Registro predetto fol. 6 t.

LXXIII.

Anno 1294. 21 Settembre 8ª Indizione — Aquila.

Carlo II fa preparare l' alloggio in Castelnuovo pel pontefice che viene nella città di Napoli.

Registro Angioino 1294. 1295. K. n. 75. fol. 192.

Scriptum est Castellano Castri Novi de Neapoli fideli suo etc. Cum Judex Centumanis domini Pape Magister Hostiarius. Magne nostre Curie Appellationum Judex familiaris et fidelis noster dilectus. Neapoli ad parandum ibi Hospitium pro eodem Domino premictatur. Volumus et fidelitati tue precipimus ut eidem Judici ad requisitionem suam Castrum ipsum cum salis et Cameris solitis habere in eo. per Nos et Gentem nostram cum fuimus ibi hospitati statim deliberes et assignes. Datum Aquile per Magistros Rationales etc. Die XXJ°. Septembris. VIIJ° Indictionis.

LXXIV.

Anno 1294. 11 Ottobre 8ª Indizione — Sulmona.

Carlo II spedisce ordini per le città e terre degli Abruzzi e di Terra di Lavoro di ben servire il Pontefice che viene a Napoli, in tutto quanto potrà occorrergli.

Registro Angioino 1294. 1295. K. n. 75. fol. 204.

Karolus Secundus etc. Uuiversis officialibus et personis aliis per partes Aprutii et Terre laboris constitutis fidelibus suis etc. Prosequtioni Itineris Sanctissimi in Christo Patris et Domini. Domini. Sacrosancte Romane et Universalis Ecclesie Summi Pontificis versus Neapolim cuius Accessus debet accedere gratus cunctis est oportunis auxiliis assistendum. Igitur fidelitati vestre precipimus firmiter et expresse quatenus. Matheo de Adria. Magne Curie nostre Magistro Rationali. et Guillelmo de Ponziano militibus. Consiliariis. familiaribus et fidelis nostris. Magistris Hostiariis eiusdem domini Sanctissimi Pontificis vel eorum alteri in omnibus que ad salubrem directionem. et laudabilem. ac celerem prosecutionem itineris et conductus eiusdem Domini. ac Gentis sue. vos requisiverint. pareatis devote. et efficaciter intendatis ut possitis exinde commendabiles apparere. Actendentes quod in hiis. ob reverentiam dicti Domini vestra debet esse prompta devotio. et Maiestati nostre venit placida gratitudo. Datum Sulmone per Magistros Rationales etc. Die. XJ°. Octobris. VIIJ° Indictionis.

LXXV.

Anno 1294. 12 Novembre 8ª Indizione — Napoli.

Carlo II conferma due sue antiche consuetudini alla città di Barletta.

Pergamene di Barletta. Fascio 9. n. 133.

Carolus secundus dei gratia Rex Jerusalem et Sicilie Ducatus Apulie et Principatus Capue Provincie et forcalquerii Comes, universis hominibus Baroli dilectis fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Petitionis vestre Culmini nostro nuper oblate series habuit inter consuetudines alias approbatas in terra Baroli diutius ut dicitis et obtemptas, has duas specialiter contineri, Scilicet ut quotiens in eadem terra vestra Instrumenta debere confici de quocumque contigerit, in duabus Abreviaturis sive Sedis consimilibus scriptis per manus Notarii qui Instrumentum debet conficere, redigi debeant, que aguntur una penes eundem notarium, alia penes Judicem qui presens fuerit in contractu et Instrumentum debet subscribere, remanente. Alteram autem consuetudinem, quam ponitis a longo iam retrolapso tempore invicem ordinasse, ut cum redditus vestri pro maiori parte, in vino conssitant, nullus de terra ipsa vel exterus cuiuscumque conditionis existat, vinum aliunde in eandem terram, sive pro mercationibus, sive pro usu eorum immictat. quas quidem ambas consuetudines superius denotatas ut maioris apud vos Stabilitatis robur obtineant, confirmari per nostram Excellentiam pro parte vestra humiliter supplicato. Nos vestris in hac parte votis et supplicationibus accedentes predictam priorem consuetudinem, constitutione Regni ei contraria non obstante, dictamque consuetudinem aliam, ita tamen quod tam pro munitione Castri nostri quam pro usu nostri hospicii, cum presentes in eadem terra fuerimus, quam etiam pro usu Officialium nostrorum cum presentes similiter fuerint ibidem vinum illuc deferri et immicti liceat undecumque, ratificamus et acceptamus ex nunc ac de speciali gratia, tenore presentium confirmamus. has nostras litteras pendenti sigillo Maiestatis nostre munitas vobis proinde in testimonium concedentes. Datas Neapoli per magistros Rationales magne Curie nostre. Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto die duodecimo Novembris Octave Indictionis. Regnorum nostrorum Anno decimo.

LXXVI.

Anno 1294. 11 Decembre 8ª Indizione — Napoli.

Carlo II conferma la Costituzione contro gli usurai.

Registro 1294. C. n. 65. fol. 140 et.

Scriptum est Hugoni de Vicinis Regie sue Marescalle Magistro. et suo predictorum Comitatuum (1) Senescallo etc. Decet Regalem excellentiam. ea que pro divini honore nominis et intuitu orthodoxe religionis. ac zelo iustitie salubriter ordinavit firma et illibata imperpetuum custodire. et siquid contra ea interventu gratie et Ambitionis. vel per quacumque subrectionem invenirentur elicitus omni robore vacuare. seu vacuum

(1) Di Provenza e Forcalquier.

declarare. Nemine fructum cuiuscumque rescripti contra premissa per subrectionem eliciti habituro. Sane noverit tua fidelitas. quod olim dum essemus in Provincia constitui volentes crimen Usurarie pravitatis. quod per multos prout vulgatus certa et indubitabili assecurabat assertio exercebatur dapnabiliter in illis partibus in iniuriam Dei et nostrorum provincie subditorum. congruis remediis evitare. nostrorumque fidelium indempnitati consulere. ac providere quieti. aliquas de plurium. tam prelatorum. quam procerum nostrorum consilio Constitutiones et ordinationes edidimus contra Usurarios prelibatos. et contra illos qui prefatum crimen exercere presumerent in futurum. Et inter cetera commisimus. episcopis. et aliquibus Religiosis. et quibusdam sapientibus viris partium earumdem. quod ea restitui facerent. que invenirent extorta fuisse per usurariam pravitatem. Cuius commissionis auctoritate predicti a nobis delegati. multas ut intelleximus sententias protulerunt. multos processus fecerunt. et per nostros officiales iam plures ex predictis summis sunt executioni mandate. Licet ante aliqui nisi fuerint nos ad revocationem dictarum Constitutionum. ordinationum. et commissionum inducere. et vias. et modos. et machinationes exquisiverint. et etiam tractaverint quibus possent a nobis aliquid contra premissa callide obtinere. Licet etiam pro quibusdam Lombardis. et Tuscis plures a nobis emanaverint littere tam aperte quam clause. quarum alique tibi. et quibusdam aliis. alique non tibi soli dirigebantur que videbantur aliqua in derogationem predictarum ordinationum et commissionum innuere. seu etiam continere. Scire tantum te volumus. et hoc expresse tenore presentium declaramus. quod nostre intentionis non extitit. nec existit et quod per aliqua eorum que. tibi soli. vel tibi. et aliis sub quacumque forma. vel quibuscumque verbis scripsimus revocaretur aliqua executio predictarum sententiarum. que per officiales nostros vel alios legitime facta esset. seu quod alique summe iuxta tenorem dicte Commissionis legitime promulgate revocarentur. seu etiam cassarentur. vel retractarentur in toto. vel in aliqua sui parte. immo predictas constitutiones. et ordinationes sententias et processus. et executiones volumus in suo robore perdurare. et senteutias que nondum sunt executioni mandate volumus debite executioni mandari. nec aliquam pati calupniam propter aliquam postmodum per nos scripta. cum hoc nostre intentionis non fuerit nec existat. Siqua vero occasione quarumcumque litterarum a nobis optentarum que viderentur predictis Constitutionibus ordinationibus et sententiis seu processibus adversari. revocasti. seu etiam innovasti. vel revocari. seu innovari fecisti. studeas ea in statum debitum reducere. ac etiam reformare. Datum Neapoli Anno domini M°. CCXCIIIJ°. die XJ. Decembris. VIIJ^{e} Indictionis.

LXXVII.

Anno 1294. 18 Decembre 8^{a} Indizione — Napoli.

Carlo II fa amnistia a Francesco Valdone seguace di Corrado di Antiochia.

Registro 1294. 1295. A. n. 73. fol. 88 t.

Scriptum est Universis tenore presentium inspecturis tam presentibus quam futuris. Si quotiens culpa transgressionis exceditur et iniuris peccatur Iniuriam infligentur possim penalis asperitas et deseniret Gladius ad vindictam Universa constructio de facili solveretur. licet igitur Franciscus filius quondam Johannis Valdoni de Tallacotio phisicus contra nostram commiserit maiestatem in eo videlicet. quod pridem cum Conradus de Antiochia Hostis noster Aprutinam provinciam invasit hostiliter Fran-

ciscus idem ad Suggestionem quorumdam nostrorum Rebellium illarum partium tunc dicto Conrado faventium usque Albam se fatetur eundem associasse Conradum. ac deinde Regnum propterea exivisse. Quia tamen dictus Franciscus nostre nuper misericordie Januam propulsavit. humiliter supplicans. ut cum eo dignaretur nostra Serenitas in hac parte misericorditer agere. Nos considerantes quod nichil sicut humanitas censetur peculiare principibus et nolentes peccantis intentum set conversione potius ad Salutem ipsum Franciscum ad Sinum gratie nostre recepimus. ac Culpas omnes et offensas per eum tunc. contra. maiestatem nostram in prescripto casu commissas ac penas etiam quas pro illis Severitas iuris incideret clementer sibi remictendas duximus et misericorditer relaxandas dummodo persistat in fidelitate nostra decetero. et cum aliis nostris fidelibus fideliter conversetur. In cuius rei fidem et predicti Francisci cautelam presentes litteras nostras Sibi exinde fieri et pendenti Maiestatis nostre Sigillo iussimus communiri. Datum Neapoli per Magistros Rationales etc. Die XVIIJ° Decembris. VIIJ°. Indictionis.

LXXVIII.

Anno 1295. 2 Gennaio 8ª Indizione — Napoli.

Carlo II dona a Filippo principe di Taranto suo figliuolo la casa una volta di Tommaso della Porta sita nella città di Napoli.

Registro Carolus II C. n. 183. fol. 8 t.

Karolus secundus etc. Tenore presentium notum facimus Universis tam presentibus quam futuris. Quod dudum Venerabili Viro quondam Magistro Ade de Dussiaco Cusentino Electo dicti Regni nostri Sicilie Cancellario quasdam domos Curie nostre Sitas in Civitate Neapolis in Ruga Forcille tenendas per eum in vita sua tantum Concessimus de gratia speciali que per Venerabilem Patrem quondam Gebertum Caput Aquensem Episcopum modo simili ab ipsa Curia tenebantur Quibus domibus per ipsum Cancellarium in manibus ipsius Curie resignatis et per Nos Bartholomeo Siginulfi de Neapoli dilecto Cambellano familiari et fideli nostro et heredibus suis gratiose concessis in ipsarum excambium Domus que fuerunt quondam Thomasi de Porta de Salerno Site in dicta Civitate Neapolis prope locum fratrum predicatorum cum Jardino et pertinentiis suis omnibus ab heredibus suis per apretium fuerunt de pecunia Curie nostre quam sibi propterea fecimus assignari. Verum quia per obitum prenominati Cancellarii predicte Domus que fuerunt dicti Thomasi quas Cancellarius ipse dicto modo tenebat sunt ad ipsius Curie manus iuste et rationabiliter devolute. eas cum Jardino et edificio toto per eumdem quondam Cancellarium constructo in ipsis Juribus et pertinentiis suis omnibus Philippo nato nostro Karissimo Principi Tarentino et suis heredibus donamus et concedimus de gratia speciali. In Cuius Rei memoriam et ipsius Principis et heredum suorum cautelam presentes patentes litteras nostras fieri et pendenti Sigillo nostri Culminis mandavimus communiri. Datum Neapoli per Magistros Rationales etc. Die Secundo Januarii VIIJ° Indictionis.

LXXIX.

Anno 1295. 14 gennaio. 8ª Indizione — Capua

Carlo II dà le istruzioni pel modo di suggellare le lettere del Vicario.

Registro 1294. 1295. A. n. 73. fol. 139 t.

Scriptum est Andree Acconzaioco de Ravello Juris Civilis professori etc. de fide prudentia et legalitate tua plenarie confidentes tibi presentium tenore committimus et mandamus quod officium Prothonotariatus Regni Sicilie ad quod pridem Aquile te loco Bartholomei de Capua militis domini Pape Notarii Prothonotarii dicti Regni et Magistri Rationalis dilecti Consiliarii familiaris et fidelis nostri ordinavimus Studeas aput Philippum natum nostrum Principem Tarentinum quem nuper Vincarium nostrum in prefato Regno statuimus vel aput alios ad huiusmodi Vicariatus officium per nostram Excellentiam statuendos ad honorem et fidelitatem nostram fideliter et laudabiliter usque ad nostrum beneplacitum exercere. Ceterum ut Sigillatio litterarum omnium que a predicto vel alio nostro Vicario emanabunt absque suspicione procedat Volumus quod Sigillationi omnium huiusmodi litterarum una cum Judice Johanne de Porta et Radulfo dicti Principis cappellano fidelibus nostris vel eorum altero si alter adesse nequiret presens intersis quodque Sigillum Vicariatus ipsius post Sigillatione earum sub tui et ipsorum vel alterius si reliquus adesse non posset anulorum impressione claudatur presentibus enim vobis tribus vel duobus ex vobis si tertius interesse nequiverit predictas litteras Sigillari et Sigillum ipsum sub omnium vestrorum vel duorum ex vobis si reliquus interesse non poterit anulis claudi Jubemus. Cures igitur commissa huiusmodi sic diligenter et fideliter exequi quod possis exinde conspectu nostro merito commendabilis apparere. Datum Capue per Bartholomeum de Capua etc. Die XIIIJ° Januarii VIIJ° Inditionis.

LXXX.

Anno 1295. 16 Gennaio 8ª Indizione — Sangermano.

Carlo II affida la custodia del suggello del Vicariato del Regno a Radulfo Clerc, ad Andrea Acconzaioco ed a Giovanni della Porta, e agli stessi comunica le istruzioni all' uopo.

Registro Angioino 1294. 1295. K. n. 75. fol. 276 t.

Scriptum est Magistro Radulfo Clerico et Andree Acconzaioco de Ravello Juris Civilis professori ac Judici Johanni de Porta de Salerno etc. Plena quam de Sufficientia industria et legalitate nostra ab experto fiduciam gerimus nos inducit Servitiorum vestrorum que inminent nos reddere non expertes. Inde est quod cum Philippum natum nostrum Karissimum Principem Tarentinum Vicarium nostrum in Regno predicto usque ad reditum nostrum in Regno prefato vel donec aliud. inde ordinaverimus duximus statuendum. Vos super custodia Sigilli Vicarie pretacte duximus usque ad nostrum beneplacitum tenore presentium statuendos. Volentes et fidelitati vestre firmiter iniun-

gentes quatenus circa dicti Sigilli custodiam sic fideliter vos geratis servantes ad id formam inferius declaratam. quod possitis exinde in vestre Maiestatis presentia digne commendationis titulos promereri. forma vero talis est videlicet quod Sigillum ipsum in bursa una coria sub anulis vestrum trium quotiens erunt littere conficiende. pro parte dicti Principis Sigillate ex eo tam super negotiis fiscalibus quam etiam privatorum includatur Sub predictis anulis vestris et in cofaro uno in ipsius Principis Camera ordinetis et statuatis cum diligentia conservari. et in litteris omnibus tam super negotiis fiscalidus quam etiam privatorum conficiendis ex nunc in antea iuxta provisionem et ordinationem nostram de mandato Principis memorati. Ille vestrum qui mandabit litteras ipsas fieri post ipsarum datam nomen suum propria manu scribat. ipsisque litteris factis pro cautela Curie sicut melius videritis expediri. faciatis eas sigillari Sigillo Vicarie predicte in hospitio dicti Principis ubi vos propterea quotiens opus fuerit. conveniatis. vel duo ex vobis qui hiis habilius poterunt interesse. et litteris ipsis Sigillatis totaliter Sigillo predicto faciatis et mandetis eas in uno Registro tantum per Scriptorem unum ad hoc per vos pro parte curie ordinandum cum diligentia registrari. proventus vero Sigilli eiusdem pro parte curie percipi volumus per illum quem idem Princeps. ad id duxerit ordinandum de quibus factis expensis necessariis in emendis cartis tam de pergameno quam papiro pro scribendis et registrandis. Cera pro Sigillandis et mercede Cursorum pro ipsis litteris deferendis. dictorum proventuum residuum ad opus nostre Curie fideliter debeat conservari. Datum aput Sanctum Germanum per Magistros Rationales etc. Die XVJ° Januarii VIIJ° Indictionis.

LXXXI.

Anno 1295. 31 Gennaio 8ª Indizione — Roma.

Carlo II scrive a Fiorenzo de Hainaut principe di Acaia di esaminare il ricorso di Anna Comnena despota di Romania contro Riccardo Conte di Palazio e fare giustizia.

Registro 1294. C. n. 65. fol. 154 t.

Scriptum est Nobili Viro. Florencio de anonya Principi Achaye Regni Sicilie comestabulo. dilecto consanguineo et fideli suo. gratiam suam et bonam voluntatem. Pro parte Magnifice Mulieris domine Anne Cominine Ducisse Despine Consortis Magnifici viri Domini Nichifori Cominini Ducis despoti et Marie filie eorumdem nostre nuper fuit expositum maiestati. quod Nobilis vir Riccardus Comes Palatii. Cefalonie et Jacinti dominus post celebratum Matrimonium inter Johannem militem filium eiusdem comitis dilectum familiarem nostrum et predictam Mariam filiam despoti et despine predictorum. comes idem promisit ac suo Sacramento firmavit tradere et assignare vel assignari facere dicto Johanni filio suo. et eidem Marie nurui sue quidcunque ex hiis duobus Eligerent atque vellent videlicet sive vellent Castrum coroni. cum territorio suo. sive vellent insulam Ytacij. cum Juribus et pertinentiis suis et nichilominus tradere eidem nurui sue in manus eius. quicquid inveniretur de dote eius sive in ornatis sive in pannis sive in iucalibus. et quicquid inveniretur a parvo usque ad magnum. Sicut in privilegiis scriptis in greco Sigillis eiusdem comitis munitis aperte asserunt contineri. Verum quia idem Comes per easdem despinam et eius filiam pluries sicut asserunt

requisitus promissionis huiusmodi dictis filio et nurui suis adimplere recusat et propterea supplicatum fuerit eis super hoc de oportuno remedio provideri. fidelitati vestre comictimus et mandamus quatenus partibus ad vestram presentiam convocatis si vobis constiterit de premissis faciatis exponentibus ipsis exinde debite ac celeris Justitie complementum ut super hoc iuste querele materia non supersit et ad nostram propterea recurrere iterato presentiam non cogantur. Datum Rome per Magistros Rationales Magne Curie nostre. Anno domini M°. CC°. XCV°. Die ultimo Januarii. VIIJ^{e} Indictionis. Regnorum nostrorum anno XJ°.

LXXXII.

Anno 1295. 15 Febbraio 8ª Indizione — Roma.

Carlo II scrive al Giustiziero di Principato ed al Capitano della città di Napoli di procurare 300 somari al Camerario del Papa per trasportare gli arnesi dello stesso Pontefice da Napoli a Roma.

Registro Angioino 1294. 1295. K. n. 75. fol. 15.

Scriptum est Justitiario Principatus et Capitaneo Civitatis Neapolis fidelibus suis etc. Cum pro deferendis Arnesiis Sanctissimi Patris domini nostri Summi Pontificis a Neapoli usque Romam. Trecenti Somerii vel circa sicut nobis per Camerarium eiusdem domini fuit expositum necessarii reputentur. fidelitati vestre precipimus quatenus ad requisitionem nuntii dicti Camerarii ipsius Camerarii testimoniales litteras deferentis. assistatis ei in inveniendis et habendis per partes ipsas sub competenti loerio Somerios usque ad dictum numerum pro ei fuerit oportunum. Patrones Someriorum ipsorum ad hoc si expedierit compellendo. Datum Rome per Bartholomeum de Capua militem etc. Die XV°. februarii VIIJ^{e} Indictionis

LXXXIII.

Anno 1295. 18 Febbraio 8ª Indizione — Roma.

Carlo II concede un annuo assegno di frumento a que' nobili che per difendere la città di Accon dagli infedeli, dopo la distruzione di quella città ànno perduto tutte le loro sostanze, e rimasti nella più desolante miseria, sono passati ad abitare nell' isola di Cipro.

Registro 1294. 1295. B. n. 74. fol. 70 et.

Scriptum est Secretis et Magistris Portulanis Apulie tam presentibus quam futuris etc. Pia meditatione pensantes. quod nonnulli Nobiles dudum in defensione Civitatis Accon pro Christi nomine militantes post destructionem Civitatis eiusdem eorum opibus et bonis omnibus spoliati. ut inimicorum Christiane fidei manus evaderent se apud ciprensem insulam receptarunt ubi sicut accepimus nimia paupertate premunt. ac volentes ex innata nobis Clementia ipsorum indigentie ad quam digne compassionis affectum

gerimus subvenire. providimus eis anno quolibet ex nunc inantea usque ad beneplacitum nostrum in Salmis frumenti Mille ad generalem mensuram pro vita et substentatione ipsorum divine pietatis intuitu succurrendum. verum quia venerabilis et Religiosus vir. Magister Sacre Domus Militie templi nuper in conspectu nostri Culminis constitutus promisit et obligavit se coram nobis predictas salmas frumenti mille dictis pauperibus annis singulis exhibere Si extractio frumenti Salmarum quatuor Milium annuatim Sibi propterea per nostram Curiam concedatur. Nos huiusmodi Elemosine deesse nolentes fidelitati vestre precipimus quatenus tam tu presens Secretus et Magister portulanus quam vos etiam successive futuri. prenominatum Magistrum vel statutos suos Salmarum frumenti quatuor millium. ad predictam generalem mensuram ferendarum per mare vel ad predictam Insulam vel alioquacunque voluerint extra Regnum ad terras silicet Amicorum nostrorum de quibuscumque Jurisdictionis vestre statutis portubus extrahere vel extrahi facere aut vendere cuicumque libere a Jure quolibet exiture Singulis annis ex nunc in antea usque ad predictum nostrum beneplacitum sive cuiusquam impedimenti vel contradictionis obstaculo permittatis. requirentes et recipientes a prefato Magistro vel eius ad id Statuto. vice qualibet. qua predictam Summam frumenti extraxerit litteras in competenti forma promissionis sue sub Sigillo suo quod de Summa ipsa Salmarum frumenti quatuormilium taliter extrahendarum per eum dictas Salmas frumenti Mille ad eandem mensuram anno quolibet dictis Nobilibus pauperibus pro parte nostri Culminis assignabit vel faciet assignari distribuendas secundum dispositionem et ordinationem prefati Magistri inter illas personas que in quadam Rolla per nos dicto Magistro sub sigillo nostro tradita continetur. eo tantummodo quod si contingat aliquam de personis in Rolla ipsa contentis decedere ipsius Rolle numerus personarum de aliis nobilibus Captivis quos de Sarracenorum manibus evadere aut redimi et liberari contigerit suppleatur et si tot persone non liberarentur quot mori contigerit de contentis in Rolla predicta residuum quantitatis eiusdem frumenti inter reliquas personas in Rolla ipsa contentas Equaliter dividatur prout idem Magister se coram nobis ut dictum est presentialiter obligavit. nullis per eum expensis aliis a nostra Curia propterea requirendis. Concessimus quoque prefato Magistro et sibi observari volumus. quod si tota huiusmodi quantitas salmarum frumenti quatuor milium aut aliqua pars quantitatis ipsius. Infra unum annum comode non poterit extrahi. possit et liceat sibi sequenti anno cum Summa eiusdem Sequentis anni similiter extrahere vel extrahi facere totam eandem Summam precedentis anni. vel id quod de Summa ipsa remanserit extrahendum. de quo diligenter curetis alterutrum informari. Servata in extractione huiusmodi forma Capitulorum per nostram super hiis excellentiam editorum. presentes autem originales litteras postquam illarum transumptum quilibet nostrum in formam publicam redigi fecerit quod sibi sufficiat ad cautelam restitui volumus presentanti. tam ad te presentem Secretum quam ad successores Singulos vim. et vigorem Similem habituras. Datum Rome per Magistros Rationales etc. Die XVIIJ° Februarii VIIJ° Indictionis (1).

---

(1) Simile diploma è trascritto al fol. 87 dello stesso registro, in cui vedesi assumere lo stesso impegno dal Patriarca di Gerusalemme Fra Radulfo de Grandville, che avea assunto il Maestro de' Templari. Perciò dove in questo diploma leggesi Maestro del Tempio, nell'altro leggesi Patriarca.

LXXXIV.

Anno 1295. 8 Aprile 8ª Indizione — Roma.

Carlo II spedisce in Acaia Gervasio de Haya ed Alessandro di Bitonto per ricevere in suo nome il giuramento di fedeltà e di ligio omaggio da Elena Duchessa di Atene e dal Duca di Patera e da Angelo suoi fratelli.

Registro Angioino 1294. 1295. K. n. 75. fol. 353.

Scrtptum est. Nobili Viro Hugoni Breenne et licii Comiti. dilectio. Consiliario. familiari. et fideli suo etc. Scire te volumus quod Nos de fide ac industria Gervasii de Haya militi et Judicis Alexandri de Botonto nostrorum fidelium plenam fiduciam obtinentes ipsos et quemlibet eorum insolidum nostros veros et legitimos procuratores ac nuntios speciales constituimus ad conferendum se nomine et pro parte nostra ad partes Romanie. ac requirendum et recipiendum pro nobis et heredibus nostris a Nobili Muliere Helena Ducissa Athenarum. Duce Patere ac Angelo fratrihus eiusdem Ducisse sacramentum fidelitatis. ac ligium homagium et promissionem servitii per eos debiti iuxta usum et consuetudinem regionis ipsius pro terris Castris et bonis eorum pheudalibus que in eisdem partibus tenent. et ea se tenere a nobis. recognoscere velle dicuntur. Iniuncto per alias litteras nostras procuratoribus ipsis expresse quod statim ad partes ipsas se conferant et in hiis iuxta informationem tuam procedant. Volumus igitur et fidelitati tue precipimus quatenus eosdem nuntios nostros qualiter circa premissa processuri sint plenius informes et instruas prout exinde celsitudinem nostram fuisti personaliter allocutus. Datum Rome per Magistros Rationales etc. Die VIIJ° Aprilis VIIJ° Indictionis.

LXXXV.

Anno 1295. 11 Aprile 8ª Indizione — Roma.

Carlo II fa restituire a Tommaso de Minerio e suoi fratelli i loro castelli di Petrella e di Cergento.

Registro Angioino 1294. 1295. B. n. 74. fol. 33.

Scriptum est Secretis Aprutii presentibus et futuris fidelibus suis etc. Restitutis seu concessis dudum Castris Petrelle et Gergenti sitis in Jurisdictione vestra Tomasio de Minerio familiari et fideli nostro et fratribus filiis quondam Johannis de Minerio militis pro valore annuo unciarum auri Quinquaginta quatuor et postmodum exposcente causa concessis Petro de columpna que nunc ipsa tenet et possidet deducentes in considerationis examine grata plurimum et accepta servitia que idem Thomasius ac dicti fratres eius nostre prestiterunt Jugiter Maiestati et perseverantur prestare non cessant nec postponentes memorie que Thomasius ipse cum Raynaldo de Avella militi Regni Sicilie Amirato contra hostes nostros navigans aput Angustam ab ipsis hostibus captus fuit et Carcerali custodia maceratus et propterea nolentes eos frustari provisionis et

gratie nostre fructu donec terram equivalentis valoris annui a nostra Curia assegnantur. providimus quod fratres dictas quinquaginta quatuor Uncias auri ponderis generalis per Annum de pecunia nostre Curie percipere debeant et habere In cuius defectu cum nolimus quomodolibet eisdem fratribus provisionem nostram esse inutilem. liceat eis extrahere seu extrahi facere de portubus Aprutij licitis et statutis tantam frumenti quantitatem ferendi per mare extra Regnum ad terras Amicornm et devotorum nostrorum ex cuius exitura ad rationem de Uncijs auri decem pro quolibet Centenario vel de octo ad minus super qua gratiam dictis fratribus fecimus ampliorem eis dicte Quinquaginta quatuor Uncie Annuatim valeant pervenire. Quare fidelitati vestre firmiter et expresse precipimus quatenus tam tu presens Secretus pro presenti anno octave Indictionis quam Vos successive futuri dictas quinquaginta quatuor uncias ponderis supradicti per Annum per competentes terminos de quacunque pecunia Curie nostre officiorum vestrorum existente vel futura per manus vestras et aliud super hoc non expettantes mandatum eisdem fratribus vel alteri eorum aut Nuncio sine defectu difficultate et dilatione qualibet solvere et exhibere curetis. Et non superset de dicta fiscali pecunia propria alia mandata nostra que directa sunt super assignatione illius unde satisfieret fratribus antedictis permittatis eos vel Nuncium eorum sicut prescribitur exhibere de predictis portubus Jurisdictionis vestre ad predictam rationem tantam frumenti quantitatem et extra Regnum ad terras Amicorum et devotorum nostrorum per mare sine contradittione deferre ex cuius exitura eis de huiusmodi Summa pecunie satisfiat servata forma in exattione dicte quantitatis frumenti. Videlicet quod non deferatur alio quam ad terras predictas nec pretextu presentium abinde maior quantas extrahatur solita observari. Retento etiam si in pecunia satisfacio ipsa fiat vel frumenti extrattio permittatur servicio fratres ipsos perinde contingente ad rationem de quinque uncijs et quarta pro quolibet servitio militari ab anno silicet none Indictionis in antea cum pro eodem presenti Anno illud quod in nostra Comitiva prestat idem Thomasius ipsis duxerimus relaxandum. Recepturi de hiis que exhibita fuerint vel si in extrattione frumenti dictis fratribus exinde satisfiat. Apodixas vel scripta competentia ad cautelam. Non obstantibus mandatis quibuscumque contrariis etiam si oporteret de illis fieri magis expressam in presentibus mentionem per que effectus presentium impediri valeat vel deferri sive de pecunia officiorum vestrorum Grafferiis nostri hospitii assignanda. Presentes quoque litteras presentanti volumus postquam quilibet vestrorum inspexerit et transumptum earum in puplica forma receperit pro cautela. Datum Rome per Magistros Rationales etc. Die XI Aprilis VIII.° Indictionis.

LXXXVI.

Anno 1295. 13 Giugno 8ª Indizione — Anagni.

Carlo II pubblica la tregua stabilita con Giacomo di Aragona.

Registro 1295. F. n. 79. fol. 58.

Scriptum est predicto Regi Ungarie etc. Cum ordinatione et voluntate. Sanctissimi in Christo Patris et Clementissimi domini nostri domini Bonifacii divina providentia Sacro Sancte Romane ac Universalis Ecclesie Summi Pontificis. inite nuper fuerint inter nos ex una parte. tam pro nobis quam pro valitoribus Aiutoribus subiectis et

fidelibus nostris et Nuncios domini Jacobi de Aragonia per eumdem dominum Jacobum ad Romanam Curiam destinatos. habentes ad id inter alia plenum posse. tam Silicet pro eodem domino Jacobo quam pro Valitoribus Adiutoribus. Subiectis et fidelibus etiam Suis. Treuge usque ad festum Nativitatis Dominice futurum proximo duraturam iuxta conventiones Silicet. et conditiones adiectas in aliis Treugis nuper preteritis inter nos et eumdem dominum Jacobum initis. olim in proxima preterita Vista. inter nos ipsum iuxta ecclesiam de panizarie et Juncherenam habita. Volumus et filiationi vestre precipimus ut Treugis huiusmodi. mandetis statim per partes Regni nostri. puplice. divulgari et illas infra predistinctum tempus iuxta conventiones silicet et conditiones pertactas incorrupte servetis ac mandetis et faciatis per Valitores Adiutores Subiectos et fidelibus nostris ipsarum partium inviolabiliter observari. Datum Anagnie per Bartholomeum de Capua militem etc. Die XIIJ° Junii VIIJ° Indictionis.

LXXXVII.

Anno 1295. 15 Giugno. 8ª Indizione — Anagni.

Carlo II comunica il modo da osservarsi nel firmarsi e suggellarsi le lettere del Vicario del regno.

Registro 1294. 1295. A. n. 73 fol. 240.

Scriptum est Magistro Ernulfo Bonignis Juris Civilis professori dilecto clerico familiari et fideli suo etc. De fide et discretione tua plenam fiduciam obtinentes tibi custodiam Sigilli vicarie Regni nostri Sicilie quo utitur Karolus Primogenitus noster Rex Ungarie Princeps Salernitanus et Honoris montis Sancti Angeli dominus ac eiusdem Regni Vicarius generalis cuius custodia Guillelmo de Ponciaco militi. Magne Curie Magistro Rationali. Consiliario et familiari nostro per Excellentiam nostram commissa extiterat duximus usque ad nostrum beneplacitum commictendam. fidelitati tue mandantes quatenus ad prefatum Regem Ungarie te personaliter conferens prefatum Sigillum vicarie ab eo recipias et diligenter cùstodias modo subscripto. Videlicet. quod omnes litteras que per eundem Regem fient sub eius titulo Vicarie cum Sigillo predicto Sigilles sic quidem quod omnes huiusmodi littere ad Cancellarie officium pertinentes. fiant et sint signate manu propria Andree Acconziaioci de Ravello dilecti Consiliarii familiaris et fidelis nostri. tenentis apud prefatum Regem Ungarie de mandato nostro locum prothonotarii Regni nostri Sicilie ac eius anulo consingnate .Ille vero que de officio Magistrorum Rationalium fuerint. fiant et sint signate similiter propria manu unius ex dictis Magistris Rationalibus, qui in dicto Regno fuerint apud Regem predictum. illius scilicet de cuius mandato littere ipse fient sintque signate similiter signaculo anulorum omnium Magistrorum Rationalium predictorum qui cum prefato Rege concurrent. Que vero preter et contra dictam formam fuerint. nullatenus sigillare presumas quinimmo sique forsitan sic fierent et sigillarentur informiter eas nullius decerminus omne vigoris de alio vero processu te habendo in gestu predicti officii iuxta ordinationem nostram dicto Regi per litteras declaratam informationem recipias a Rege predicto et etiam studeas fideliter observare et ut in predictis servitiis propriis sumptibus laborare cogaris expensas tuas familie et equorum tuorum recipere et ha-

bere te volumus de dicti Sigilli Proventibus tibi per illum qui ad hoc per nostram Excellentiam deputatus est ad mandatum dicti Regis Ungarie exhibendas. ad rationem de tarenis auri V. per diem ponderis generalis. Datum Anagni per Bartholomeum de Capua die XV Junii VIIJ. Indictionis.

LXXXVIII.

Anno 1295. 17 Giugno 8ª Indizione — Anagni.

Carlo II conferma il Banato della Croazia e della Dalmazia al Bano Paolo suo consanguineo.

Registro Angioino 1295. n. 77. fol. 41. t.

Karolus Secundus etc. Tenore presentis Privilegii. Notum facimus Universis Presentibus et futuris. Quod nos obsequentium nobis merita gratis affectibus intuentes. illos potioribus providemus beneficiis efferendo quos maiora nobis comperimus servitia prestitisse. Attendentes itaque grandia gratia et accepta servitia que Vir Nobilis Paulus Banus Maritimus dominus Croatorum dilectus et fidelis consanguineus noster. quondam domino Patri nostro devote prestitit. assidue prestat nobis et Karolo primogenito nostro Regni Ungarie principi Salernitano. et Honoris Montis Sancti Angeli domino. ac ipsum prestiturum perseveranter speramus in posterum consentimus. et volumus. quod dictus Rex Ungarie Primogenitus noster eidem Paulo Bano concedat in vita sua Banatum seu dominium banati in Croatinis. et Dalmatinis partibus existentem. secundum quod Bonatum ipsum tenuit et nunc tenet. Ratificantes quicquid de concessione ipsius Banati eidem Paulo predictus Rex Ungarie duxerit faciendum et Nos etiam quantum in nobis est ipsum Banatum ei sicut predicitur concedentes. In cuius rei testimonium. ac predicti Pauli Bani Cautelam presens privilegium exinde fieri et pendenti Sigillo Maiestatis nostre iussimus communiri. Data Anagnie per Bartholomeum de Capua etc. Die XVIJ° Junii. VIIJ° Indictionis.

LXXXIX.

Anno 1295. 28 Giugno 8ª Indizione — Anagni.

Carlo II commette in Provenza varii oggetti per uso suo e di Bianca sua figliuola.

Registro 1294. C. n. 65. fol. 220 t.

Scriptum est. Hugoni de Vicinis Militi Senescallo et Magistro Johanni de Vimarcio. proposito. Forchalquerii. Et Thesaurario Provincie. dilectis consiliariis familiaribus et fidelibus suis etc. Cum Gilectum Armaturarium nostrum latorem presentium pro faciendis Quinque Cultris puntis de Cendato Rubeo tam ad opus nostrum quam liberorum nostrorum et Corthinis tribus pro Blanca filia nostra ad partes ipsas transmictamus ad presens fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus statim receptis presentibus

Cendatum Telam Viridem Bombicem. Setam et necessaria alia pro ipsis Cultris. et Corthinis faciendis ac etiam Gagia et expensas eidem Gilecto et operariis earundem Cultrarum punctorum et Corthinarum de quacunque pecunia Curie nostre que est vel erit penes manus vestras exhiberi solvere studeatis. Ita quod ob defectu predictarum rerum et pecunie fatura dictarum Cultrarum punctarum et Corthinarum nullatenus impediatur vel diferitur sic quod in adventu nostro qui erit in brevi concedente domino predictas Cultras et Corthinas infallibiliter habeamus paratas. Sicut indignationem nostram cupitis evitare mandato aliquo sub quacunque forma verborum facta aliquatenus non obstante. Datum Anagnie Sub parvo Sigillo nostro anno domini etc. die XXVIIJ° Junii. VIIJ^{e} Indictionis.

XC.

Anno 1295. 28 Giugno 8^{a} Indizione — Anagni.

Carlo II commette in Provenza altri oggetti e varî vasi di argento per Bianca sua figliuola.

Ivi.

Scriptum est eisdem etc. pro apparatu filie nostre Blance. Vasa Argentea subscripta in instanter habere velimus. fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus statim receptis presentibus Scutellis argenteis viginti quatuor quarum qualibet sit Marche unius et medie in pondere. Nappos argenti polanos sine pede duodecim. quorum quilibet sit Marche unius in pondere. Justas argenti quatuor pendens Marcharum decem et octo. vel circa et Cloclearia de argento viginta quatuor de quacunque pecunia Curie nostre que est vel erit penes manus vestras sicut nostram gratiam caram habetts. fieri celeriter et cum diligentia faciatis. Ita quod in adventu nostro qui erit in brevi concedente domino. prescripta vasa argentea infallibiliter habeamus parata Cauta existentes. quod in habendis Vasis predictis nullam commictatis negligentiam seu moram cum de hoc nobis totaliter incumbamus. mandato aliquo sub quacunque forma verborum facto in contrarium non obstante. Datum Anagnie sub parvo Sigillo nostro Anno domini etc. Die XXVIIJ°. Junii. VIIJ^{e} Indictionis.

XCI.

Anno 1295. 29 giugno 8^{a} Indizione — Anagni

Carlo II ordina battersi i Carlini di oro e di argento nella zecca di Napoli.

Registro 1294. 1295. A. n. 73 fol. 254.

Scriptum est Johanni de Monteforti Squillacii et Montis Caveosi Comiti dicti Regni Sicilie Camerario etc. Attento consultius quod in detrimentum Curie nostre redundat quod eo quod in Sicla nostra Neapolis pecunia non cuditur nec laboratur ad presens. Volentes indempnitati dicte Curie precavere hoc tibi oretenus et expresse commisso tenore presentium tue fidelitati mandamus quatenus circa id diligenti consideratione

prohabita diligentia et cautela que honori nostro et comodo videris convenire intendas et intendi facias per viros ydoneos et fideles ac expertos intalibus ad cudi faciendam Karolenos aureos. et argenti qui sint illius tenute ac forme sicut erant illi qui cudebantur tempore clare memorie domini patris nostri et laborandum in Sicla predicta eo modo et forma quibus habes ut predicitur oretenus in mandatis circa predicta operosus et sollers existens cum consilio Magistrorum Rationalium. Magne Curie nostre cum Karolo primogenito nostro Rege Ungarie. Principe Salernitano. et Honoris Montis Sancti Angeli domino. ac nostro in Regno Vicario Generali morantium quis datum est nobis per fidedignos intelligi quod si ad cedendum in Sicla ipsa intenditur. magna pecunie quantitas. magnumque lucrum poterit proinde nostre curie provenire. Datum Anagnie per Magistros Rationales etc. Die penultima Junii. VIIJ. Inditionis.

XCII.

Anno 1295. 1 luglio 8ª Indizione — Anagni.

Carlo II ordina a Fiorenzo d'Hainaut di combattere il Duca di Patria e suo fratello per riprendere le terre del Despota.

Registro 1294. 1295. A. n. 73. fol. 249 t-250.

Scriptum est Nobili viro Florentio de Anonia. Regni Sicilie Comestabulo Principi Achaye. dilecto consiliario familiari et fideli suo. etc. Ad audientiam nostram non absque vehementa turbatione nuper est deductum quod dux Patrie et Angelus frater eius. filii Savastogracalis ausu temerario ducti contra mandatum nostrum de non offendendo terram domini Despoti ab hactenus eis factum. terram ipsam diebus non longe preteritis cum eorum sequacibus hostiliter invadentes. eiusdem despoti fidelibus in personis et rebus dampna gravis intulerunt ac quecumque ipsarum bona capere potuerunt abinde more predonio absportarunt non minus in dicti Despoti contumeliam et iacturam. quam derogationem immo nominis domini et honoris. Ut igitur invasores huiusmodi de tam temerariis ausibus gravibusque excessibus sic propterea per eos in hac parte commissis nequeant gloriari. volumus. et fidelitati tue sub pena gratie nostre ac pheudi quod tenes a nobis. quanto districtius possumus presentium. tibi mandamus. quatenus omni mora et occasione remotis. ad requisitionem ponzardi de dornayo militis dilecti familiaris et fidelis nostri Vicarii dicti Despoti pro parte Philippi filii nostri carissimi Principis Tarentini cum toto gentis ad arma esforcio quod facere poteris. ad terram eandem in succursum eius et offensionem dictorum hostium te personaliter conferens sic una cum eo. et Comite Brende et licii ac Duce Actenarum quibus exinde scribis dictos invasores totis viribus offendas et repellere abinde ac gravare coneris quod ad eorum exterminium et dedecus cedat eis. tuque exinde reportans gloriam tam temerarios. et presumptuosos dictorum invasorum excessus. prout illorum qualitas exigit. vindices. et nostris nichilominus. ac predicti Despoti ob id affectibus satisfacto. fideles eiusdem Despoti pretium illorum sub nostro suoque dominio. in statu pacifico conserventur. Sciturі pro certo quod si defectum aut negligentiam commiseris in premissis ad privationem dicti pheudi per nos seu praedictum filium nostrum cui honorem dicti pheudi dudum concessimus procedemus aut procedi faciemus instanter. Datum Anagnie. per Magistros Rationales etc. Die primo Julii. VIIJ. Indictionis.

XCIII.

Anno 1295. 1 Luglio 8ª Indizione — Anagni.

Carlo II spedisce simili ordini al Vicario del Despota.

Ivi.

Scriptum est Ponchardo de dornayco militi. Vicario in terra Despoti. pro parte Philippi filii sui Tarentini dilecti familiari et fideli suo etc. Scire te volumus quod viris Nobilibus Florentio de Aynonia. Principi Achaie et Hugoni Brhenne ac Licii Comiti Tutori Ducis Athenarum ac eidem Duci cuilibet eorum per se litteras nostras dirigimus. subsequentis continentie post salutem. Ad audientiam nostram non absque vehementa turbatione noviter est deductum. quod Dux Patere et Angelus frater eius filii Savasto cracoris ausu temerario ducti contra mandatum nostrum de non offendendo terram domini Despoti ab hactenus eis factum terram ipsam diebus non longe preteritis cum eorum sequacibus hostiliter invadentes eiusdem Despoti fidelibus in personis et rebus dampna gravia intulerunt ac quecumque etc. ut supra usque ad datum et post Datum sequitur. Quia certa. fidelitati tue districte precipimus quatenus statim repertis presentibus. sicut nostram gratiam coram habes predictos Principem. Comitem ac Ducem ex parte culminis nostri super premissis in testimonio puplico per te vel alios nostra et dicti Principis auctoritate requirens et deinde una cum eis et ipsorum exfortio contra Invasores pretactos ac eorum sequaces viriliter te opponens sic illos totis viribus coneris inde repellere ac offendere et gravare in personis. terra et bonis quod ipsorum in hac parte temeritate premissa nostris ac dicti Despoti affectibus exinde satisfiat. tuque de tuo processu laudabili per te in premissis habendo merito tue Industrie honoreris ac nichilomninus. fideles dicti Despoti in regiminis tempore in pace maneant et quiete. de Requisitione insuper quam super premissis dictis Nobilibus feceris fieri. facias publica Instrumenta. Datum Anagnie per Magistros Rationales etc. Die primo Julii VIIJ Indictionis.

XCIV.

Anno 1295. 30 Ottobre 9ª Indizione — Bellaguardia.

Carlo II assolve la regina Costanza vedova di Pietro re di Aragona, come pure Giacomo re di Aragona, Federico e Pietro suoi fratelli ed i loro seguaci, di tutte le offese e danni fatti al defunto re Carlo I, ed a' suoi seguaci.

Registro 1296. G. n. 87. fol. 6.

Karolus secundus etc. Notumfacimus Universis tenore presentium inspecturis tam presentibus quam futuris quod cum post diversos pacis tractatus habitos inter Inclitum Principem Dominum Jacobum Illustrem Regem Aragonum Carissimum generum nostrum et nos animos eius et nostrum pergrandi hucusque discrepantia contradictionis adversos is qui fugat odia parat concordiam ad pacem reduxerit illos unitate coniungens nos diligentes et amplectentes comoda pacis eiusdem cum ex causa precipue amenitas

tranquillitatis proveniat et quies multorum desideriis affectata succedat atque volentes deinceps exercere erga dictum Regem et suos quicquid amabilitatem et puritatem respicere dignoscatur tam mulieri Magnifice Domine Constantie Regine Aragonum genitrici Regis eiusdem quam ipsi Rege ac Viris Illustribus Frederici et Petro fratribus eius. nec non valitoribus adiutoribus. fautoribus complicibus. Satellitibus seu ministris eorum omnes iniurias offensas et dapna irrigata Clare memorie Domino patri nostro Jerusalem et Sicilie Regi Illustri et nobis ac Valitoribus fautoribus adiutoribus complicibus Satellitibus seu ministris et subditis nostris per ipsos et predecessores eorum libere remittimus et totaliter relaxamus. ac de mobilibus vel se moventibus que dicta Domina Constantia dictique Rex Fredericus et Petrus predecessores. Valitores. fautores. adiutores complices Satellites seu ministri eorum habuerunt de bonis nostris ac Valitorum fautorum. adiutorum. complicum. Satellitum seu ministrorum et subditorum nostrorum postquam quondam Dominus Petrus olim Rex Aragonum intravit in Siciliam et guerra ibi extitit inchoata. necnon de expensis quas pro ipsa guerra vel eiusdem occasione subiimus quoquomodo per nominatam Reginam ac prefatos Regem. Fredericum Petrum. Valitores fautores adiutores. complices Satellites. ministros et eorum heredes perpetuo queramus ut nullo umquam tempore per nos vel heredes aut successores nostros impetantur exinde. set semper sint inde liberi et penitus absoluti In cuius rei testimonium has litteras fieri et pendenti Maiestatis nostre Sigillo iussimus communiri. Datum apul Bellamguardiam per Bartholomeum de Capua militem etc. die penultimo Octobris VIIIJ^e Indictionis.

XCV.

Anno 1295. 2 Novembre 9^a Indizione — Villa Bertranda.

Carlo II accetta i patti della pace conchiusa con Giacomo di Aragona.

Registro 1296. G. n. 87. fol. 8 e t.

In nomine Domini Amen. In presentia mei Johannis de Delecta de Baro. puplici Apostolica auctoritate Notarii. et Infrascriptorum testium. ad hoc specialiter vocatorum et Rogatorum. Magnificus Princeps Dominus Karolus Secundus. Dei gratia Jerusalem et Sicilie Rex Illustris. promisit Magnifico Principi. Domino Jacobo eadem gratia Illustri Regi Aragonum. Genero et filio suo: se curaturum et facturum. quod Sanctissimus in Christo Patre. et Clementissimus dominus Dominus Bonifacius divina providentia. papa Octavus. de consilio fratrum suorum seu Apostolica Sedes completa. per eundem Regem Aragonum. circa tractatum pacis habitum et firmatum coram presentia dicti domini Pape inter ipsum Regem Sicilie. et sollepnes procuratores. aut nuntios dicti Regis Aragonum. necnon executionem tractatus pacis ipsius. factam per Venerabiles in Christo Patres. Dominos. R. Dei gratia Arelatensem et. G. Ebredensem Archiepiscopos nuntios dicti domini Pape. et Apostolice Sedis. acceptabit et ratifiabit. ex certa scientia et expresse annullabit. omnemque vigorem. auferet litterarum Papalium. et conditionalium. quas fecit idem dominus Summus Pontifex in perfectione tractatus eiusdem. que incipiunt. Et si propter pacem quam desideramus in terris etc. et aliarum que incipiunt. diligentes pacis comoda etc. quatenus que incipiunt diligentes pacis comoda etc. preiudicant ipsi Regi Aragonum. et omnes alias litteras Papales que afferre possent preiudicium. eidem

Regi Aragonum circa tractatum ipsum. Et si predicta fecerit idem dominus Papa infra terminum trium mensium. numerandorum a medietate presentis mensis Novembris in antea. et de acceptatione. Ratificatione et annullatione predictis. de fratrum suorum consilio. seu Apostolica Sedes. prefato Regi Aragonum. suas patentes litteras concesserit ad cautelam. Ita quod per predictas acceptationem. ratificationem. et annullationem. faciendas per eundem dominum Papam. seu Sedem Apostolicam de predictis. prefatus Rex Aragonum. non subducatur. nec eximatur. a Sacramentis. homagiis. promissionibus. et obligationibus factis per eum. prefatis Archiepiscopis stipulantibus nomine et pro parte dicti Domini Pape. et Romane Ecclesie. ac prenominato domino Regi Sicilie per litteras suas patentes. tam prefatis Archiepiscopis. quam dicto domino Regi Sicilie ad cautelam exhibitas. datas aput Villam Bertrandam Tertio Kalendas novembris. Anno Domini. Millesimo Ducentesimo. Nonagesimo quinto. et incipiunt ille que exhibite sunt dictis Archiepiscopis post salutem. Promittimus bona fide. nobis presentibus. et stipulantibus. nomine et pro parte Sanctissimi in Christo Patris etc. et que exhibite sunt dicto Regi Sicilie incipiunt. Jacobus Dei gratia Rex Aragonum etc. Promittimus vobis Domino Karolo Dei gratia Jerusalem et Sicilie Regi etc. et ambe finiunt ante datam. quam celerius bona fide fieri poterit removendum. Nec extimatur idem Rex Aragonum. ab oblatione restitutionis Regni Maioricarum. Insularum. Cruce et Minoricarum. facienda per eum domino Jacobo Regi Maioricarum Patruo suo. quam idem Rex Aragonum. fecit pro parte dicti domini Pape seu apostolice Sedis. Archiepiscopis memoratis. Promisit etiam predictus Rex Sicilie dicto Regi Aragonum se facturum et curaturum quod idem dominus Papa declaret quod dictus Rex Aragonum. si prefatus dominus Papa. vel Romana Ecclesia defecerit in solutione Septuaginta quinque milium Marcharum argenti solvendarum per ipsos eidem Regi Aragonum per terminos in litteris dicti domini Pape statutos possit bona hospitalis. et Templi sita in Regnis Aragonie. et Valentie. ac Comitatu Barchinonie obligata eidem . . . . (1) fratrem Jacobum de Molay. Magistrum Domus Militie Templi et fratrem Bonifacium de Calamandrana Magistrum perceptorem Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani in partibus Cismarinis iusto pretio et rationabiliter vendere vel in solutum habere. usque ad quantitatem predictarum Septuagintaquinque milium Marcharum. vel fructus ipsorum bonorum pro oneribus Matrimonii Inclite Principisse. domine Blance. nate dicti Regis Sicilie consortis ipsius. pro cuius dote dicta Septuaginta quinque milia Marcharum. Sibi debentur. lucrative et sine aliqua sortis deductione percipere quousque de dictis Marchis sit eidem Regi Aragonum per ipsos dominum Papam. vel Ecclesiam satisfactum et sit in arbitrio ipsorum domini Pape. vel Ecclesie Romane. quod predictorum trium magis duxerint eligendum. pro quibus adimplendis et inviolabiliter observandis. Idem Rex Sicilie. prefato Regi Aragonum sollempniter stipulanti. obligavit se sub pena Triginta milium Marcharum argenti pro qua pena solvenda. si tam ex parte dicti Regis Sicilie commicti contingat Idem Rex Sicilie obsides posuit eidem Regi Aragonum. infrascriptos Nobiles. Ita ut dicta pena commissa et soluta. si prefatus Rex Sicilie deficeret in premissis. predicti Obsides. sine dilationis obstaculo liberentur. per eundem Regem Aragonum pretactis promissionibus. Principalibus. dicti Regis Sicilie in sua remanentibus firmitate. Promisit etiam sine pene tamen adiectu idem Rex Sicilie bona fide procurare et facere. quod predictus dominus Papa restituet ius electionis Clericis et aliis quibuscunque competeret ius eligendi in Ecclesiis vel Monasteriis Regnorum Aragonie. Valentie et Comitatus Barchinonie. si sententie suspensionis et excomunicationis late. per Apostolicam Sedem in dictis Regnis et Comitatu non intervenissent. dum tantum Ecclesiis vel Monasteriis ubi restitutio iuris eligendi. facienda promittitur. non sit per Apostolicam

(1) Nella pergamena sono cancellate le lettere dal tempo.

Sedem provisum. Nomina vero predictorum obsidum sunt Hec Videlicet. Bertrandus de Baucio. dominus de Berris. Johannes de Cornilione. et Guillelmus de Soleriis milites. Ac Raymundus Goffridi et Guerardus de Symiana. In cuius rei testimonium et Cautelam. factum est exinde per me predictum Notarium. presens puplicum Instrumentum. Sigillo magno pendenti predicti domini Jerusalem et Sicilie Regis. ac Subscriptione et signo. meis solito roboratum. Actum aput Villam Bertrandam in Catalonia. In presentia Venerabilis et Religiosi Viri fratris Guillelmi de Villareto. prioris Sancti Egidii in Provincia. Domini Bartholomei de Capua. Regni Sicilie Prothonotarii et Magistri Rationalis. Hugonis dicti Russi de Subliaco. Hugonis de Vicinis. Comitatuum Provincie et Forchalquerii Senescalli. Americi de Sus. et Johannis Pipini. Magne Regie Curie Magistrorum Rationalium et militum. Anno Domini. M°. CC°. XCV°. Pontificatus predicti Domini Bonifacii Pape. VIIJ°. Anno primo. Die IJ° Novembris VIIIJ° Indictionis.

Et Ego prefatus Johannes de Delecta de Baro. puplicus apostolica auctoritate Notarius. predictis omnibus et singulis. presens una cum predictis testibus interfui et ea propria manu scripsi et publicavi meoque signo consueto signavi rogatus.

XCVI.

Anno 1295. 3 Novembre 9ª Indizione — Figerie.

Carlo II pubblica l'amnistia per Giovanni da Procida, e gli restituisce i beni, tra quali la sua casa nella città di Napoli.

Registro 1296. G. n. 87. fol. 12.

Karolus Secundus etc. Universis presentes litteras inspecturis. tam presentibus quam futuris Conditionis humane lubricum per quod lapsus est fragilis ad peccandum pia consideratione pensantes. cadentibus in erroris delinimento compatimur et cupientibus post ruinam resurgere celeri misericordie lenamine subvenimus. licet itaque Johannes de Procida miles devians olim a vere fidei tramite contra Maiestatem Clare memorie domini Patris nostri Jerusalem et Sicilie Regis Illustris et nostram aliqua commisisse noscitur. Quia tamen ad correddiens et fastidiens errorem huiusmodi ad fidem nostram redire desiderat. seque nostris beneplacitis coaptaret. Nos eligentes ex innata nobis clementia misereri potius quam ulcisci prefatum Johannem contemplatione potius quam ulcisci prefatum Johannem contemplatione precipue precum quas Princeps Inclitus Dominus Jacobus Dei gratia Rex Aragonum gener et filius noster Carissimus pro eo in hac parte nobis effudit ad sinum gratie nostre recipimus eum omnes culpas et offensas per ipsum tam in dominum Patrem nostrum prefatum quam nos et nostros quantacunque pluralitate commissas clementer remittimus et misericorditer relaxamus restituentes eumdem Johannem et heredes suos ad honores status et famam nec non ad bona omnia ubique per partes Regni nostri Sicilie empta seu ex quibuscumque contractibus suis legitimis quesita per ipsum atque alia quelibet bona tam pro parte Uxorum suarum quam ex quacunque successione legitima spectantia ad eundem que videlicet Johannes ipse tenebat et possidebat tempore sui de Regno nostro recessus nequid obstantibus pretactis culpis et offensis ac quibuscunque criminibus commissis per eum in predicti domini patris nostri et nostram ut predicitur maiestatem hanc tamen gratiam nostram infra hunc volumus subsistere limitem. ut sic videlicet dictus Johannes ipsius procuratur

effectum si ad fidem nostram infra tempore competentia redeat nec cum hostibus nostris ulterius conversetur. In cuius rei fidem ac eiusdem Johannis et heredum suorum cautelam. presentes litteras etc. Datum Figerie. per Bartholomeum de Capua militem etc. die IIJ°. Novembris. VIIIJ° Indictionis (1).

XCVII.

Anno 1295. 7 Novembre 9ª Indizione — Perpignano.

Carlo II prende a mutuo dalla Santa Sede 7 mila libbre di Tornesi piccoli per liberare gli ostaggi dati al re di Aragona.

Registro 1296. G. n. 87. fol. 10.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno Incarnationis eius M° CC XCV° pontificatus domini Bonifacii Pape VIIJ°. Anno primo. Die Septimo Novembris none Indictionis. Pateat Universis presentibus et posteris hoc Instrumentum inspecturis quod in presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hoc vocatorum et rogatorum. Inclitus Princeps dominus Karolus Dei gratia Jerusalem et Sicilie Rex Illustris. confessus fuit. et ex certa scientia nullo errore deceptus recognovit Venerabilibus Patribus. Dominis Rostagno Arelatense. et Guillelmo Ebredunense Archiepiscopis. Confessionem et recognitionem huiusmodi. nomine ac pro parte Sanctissimi Patris domini Bonifacii. divina providentia Pape VIIJ. ac Ecclesie Romane recipientibus. Se habuisse. ac recepisse ab eis. ex causa mutui. nomine et pro parte. quibus super numerantibus et tradentibus. pro liberandis obsidibus. dudum datis ab eodem Rege. in partibus Aragonie detemptis. Turonensium parvorum librarum Septem milia. De quibus siquidem Septem milibus librarum Turonensium parvorum Idem Dominus Rex reputavit et asseruit se contentum. promittens eisdem dominis Archiepiscopis. Nomine ac pro parte dicti Domini Pape. ac Ecclesie Romane sollempniter stipulantibus. ac recipientibus. restituere ac scrivere cum effectu predicta Septem milia librarum. ipsi domino Pape et Ecclesie Romane. usque ad annum unum. a festo Beati Andree futuro proximo in antea numerandum. pro quibus omnibus et singulis adimplendis et inviolabiliter observandis predictus dominus Rex. Regnum suum Sicilie. ac omnia bona sua mobilia. et immobilia. presentia et futura predictis Archiepiscopis nomine et pro parte ipsorum domini Pape. et Ecclesie Romane. Recipientibus. ut plenius. firmius et sollempnius. potuit. obligavit Renuncians exceptioni doli. et non numerate. ac non tradite. seu non recepte pecunie. et omnibus aliis exceptionibus. Rationibus et defensionibus. Juris vel facti. quibus contra predicta vel aliquid preditorum posset se defendere aliquatenus vel iuvare. vel ea quomodolibet impugnare. ac volens

---

(1) La casa di Giovanni da Procida nella città di Napoli con un piccolo giardino stava in Patrizano *cuius fines sunt hii videlicet ab una parte domus ipsa coniuncta est vie puplice per quam itur ad balneum Sancti Severini et ad domum seu viridarium Thomasii Cicinelli militis. ab alia parte pendino seu vie puplice per quam itur ad plateam Sancte Marie Cosmilis et Gentilis ac Johannis Mocie fratrum et ab alia parte vie puplice per quam itur ad Judaycam et ad Montem Sancti Marcellini.* Questa casa confiscata a Giovanni da Carlo I. fu donata a Terresio de Messi, il quale poi dietro assenso regio la vendè al milite Guglielmo de Alneto, alla cui morte passò a' suoi figliuoli. Ora Carlo II per il trattato di pace fatto con Giacomo di Aragona dovendo restituire tutti i beni a Giovanni da Procida, nel 20 decembre del 1298 ordinò a Ponzio de Montiliis capitano della Città di Napoli di rivocare alla corona la detta casa e restituirla al Procida, rivalendo gli eredi dell' Alneto del prezzo di essa e delle migliorie fattevi. *Reg. 1299. n. 97. fol. 202.*

quod super hiis ad maiorem dictorum domini Pape. ac Ecclesie Romane Cautelam. duo eiusdem tenoris conficiantur puplica Instrumenta. Aurea Bulla dicti Regis munita. quorum unum penes eosdem Archiepiscopos remaneat. et aliud per ipsos eidem domino Pape mittatur. Actum Perpiniani. presentibus viro Venerabili. domino Petro de Ferreriis. Vice Cancellario. ac Viris Egregiis. dominis Bartholomeo de Capua. Prothonotario. Johanne Pipino de Barolo. et Henrico de Guerardo. Magistris Rationalibus Regni Sicilie. Consiliariis et familiaribus dicti Regis. Et Ego Taffurus de Capua puplicus Apostolica Auctoritate Notarius. qui predictis omnibus interfui. ea rogatus scripsi et puplicavi. meoque consueto Signo Signavi.

XCVIII.

Anno 1296. 25 Gennaio 9ª Indizione — Napoli.

Giacomo di Aragona restituisce a Carlo II tutti i castelli le fortezze e le isole citra Faro.

Ivi fol. 33.

Scriptum est Guillelmo Extendando militi Regni Sicilie Marescallo et Capitaneo generali ad guerram. Quod ad mandatum nostrum tibi factum Johanni de Cardona et Johanni Guascho familiaribus et nuntiis Principis Incliti domini Jacobi Illustris Regis Aragonum filii nostri Carissimi. quos pridem ad te misimus cum litteris nostris et ectiam litteris quadraginta una patentibus. Regis eiusdem. que mittuntur in Calabriam. Basilicatam. Principatum et Insulas citra farum. ut Castra. Fortelitie. Insule et loca omnia que ubicumque dictarum provinciarum per gentem. Valitores. aut Ministros dicti Regis occupate tenerint. debeant deferi et pro parte et nomine nostro nostris Nuntiis assignari. Cum quibus Nuntiis per easdem nostras litteras tibi fuit iniunctum transmittere aliquos ex parte nostra quos ad hoc videres ydoneos. qui interessent presentationi predictarum litterarum faciende illis. quibus mittuntur. per Nuntios supradictos solvisti et assignasti de fiscali pecunie per te recepte pro guerre negotiis. ut dixisti pro expensis eorum totius ipsius Viagii per eos faciendi pro assignatione litterarum ipsarum in provinciis. Insulis et locis predictis pro tribus mensibus eundi. morandi et reddeundi videlicet pro ipsis equitaturis et eorum garsionibus Uncias auri decem et octo ponderis generalis. solvisti ectiam Guillelmo Bayo et eius consolio provincialibus. quos utpote ydoneos et fideles deputasti Ituros cum eis ut in eorum presentia ipsarum fiat assignatio litterarum pro expensis eorum duorum equorum et unius gargionis suorum totius eiusdem Viagii Uncias Auri duodecim eiusdem ponderis. Ac notario Philippo de Predicato Civi Neapolitano puplico eiusdem terre notario et puplicus ectiam notarius per Imperium ordinato ituro similiter cum eisdem. ut auctoritate sui officii intersit in assignatione predicta. et de ipsa faciat puplicum documentum pro expensis suis et unius epuitature sue totius eiusdem viagii. Uncias auri sex eiusdem ponderis que tota pecunia est in Summa Unciarum auri triginta sex ponderis predicti Excellentie nostre placet. et tua sollicitudinem exinde merito commendantes. Volumus quod eadem pecunia per Magistros Rationales Magne Curie nostre in tuo computo congruo tempore admictatur. Accettata autoritate presentium litterarum. Datum Neapoli per Magistros Rationales etc. Die XXV° Januarii none Indictionis Regnorum nostrorum anno duodecimo.

XCIX.

Anno 1296. 20 Febbraio 9ª Indizione — Napoli.

Carlo II ordina a tutte le Università del Regno di spedire loro rappresentanti al pontefice per ottenere che Roberto duca di Calabria e suo Vicario generale sia dichiarato suo primogenito e suo successore nel Regno di Sicilia.

Registro 1296. B. n. 82. fol. 169 t.

Scriptum est Justitiario predicto (1) etc. Certa causa et rationabili suadentes fidelitati tue presentium tenore mandamus quatenus statim receptis presentibus caute et provide procures et facias quod Universitates hominum Civitatum Baroli. Trani. Vigiliarum. Juvenatii et Bari nostrarum fidelium quelibet earum videlicet duos de melioribus et discretioribus ex eis eligant qui ab Universitatibus ipsis facultatem plenariam habeant supplicandi Domino nostro Summo Pontifici et Dominis Cardinalibus ut ius primogeniture ac successionis Regni nostri Sicilie post obitum nostrum per nos Roberto filio nostro Karissimo Duci Calabrie nostroque in Regno predicto Vicario generali cum plena deliberatione consilii declaratum. idem dominus Summus Pontifex de ipsorum dominorum Cardinalium fratrum suorum consilio et assensu Auctoritatis sue robor confirmare dignetur quos eligendos instante et sine alicuius dilationis obiectu ad presentiam nostram mittant. Ita quod duodecimo die primo futuro mensis Martii cum Sindicatu eorum nostro conspectui se presentent nobis quicquid inde feceris rescripturus. Datum Neapoli. per Bartholomeum de Capua etc. die XX° februarii IX° Indictionis.

Eodem die Ibidem Similes facte sunt	
	Justitiario Terre Ydronti } de Brundusio et Tarento.
	Justitiario Capitinata. de Fogia.
	Justitiario Aprutii. de Sulmone. Adrie. Aquile. Orthona et Civitatis Theatine
	Justitiario Basilicate. de Melfia et Venusio.
	Justitiario Principatus. de Salerno et Amalfia

C.

Anno 1296. 26 Aprile 9ª Indizione. — Napoli.

Carlo II fa restituire ad Andrea e Rainaldo da Calando le 13 botte di olio che ad essi erano state prese dal Capitano di Gaeta in tempo che cessò la tregua tra esso re Carlo e re Giacomo di Aragona.

Registro Angioino 1295. B. n. 76. fol. 146.

Scriptum est petro de Brayda militi Capitaneo Caiate fideli suo et cetera. Andree et Raynaldi de Calando fratrum de Caieta nostrorum fidelium oblata Culmini nostro petitio continebat. quod durantibus treugiis inter nos et hostes nostros inhitis fratres ipsi verisimiliter opinantes quod ex quo tractatus habebatur de pace firmanda inter nos et Inclitum principem dominum Jacobum dei gratia aragonum Regem Illustrem filium nostrum carissimum qui olim rebellem insulam nostram Sicilie tenuit occupatam

(1) Terre Bari.

bona pax undique perveniret in quodam vase vocato Carracla existente tunc in portu predicte Civitatis Caiete quod quidem vas erat cuiusdam Siculi inmiserunt tredecim vegetes eorum plenas oleo vehendas in predicto vase per mare ad terras et loca christianorum ubi predictum oleum melius vendi posset et ante quam vas illud predicte Civitatis Caiete portum exiret fracte sunt treuge ipse postmodum sicut poncius de monciliis miles precessor tuus in eodem officio ad informacionem aliquorum asserencium quod predicta Ceracla erat cuiusdam Siculi qui in ea cum predicto oleo et mercibus aliis existentibus in eadem disponebat ad partes predicte Insule Sicilie navigare Caraclam cepit eandem. cum oleo et aliis mercibus supradictis et ab eisdem exponentibus pluries requisitus predictum oleum eis restituere omnino recusat. super quo provisionis nostre remedium suppliciter inplorarunt. Nos igitur considerantes quod hoc factum esse dicitur predictis treugiis durantibus que pacis similitudine optinebant quo tempore de pace firmanda bona spes undique yminebat eorum peticione clementer admissa fidelitati tue precipimus quatenus cum nolimus probabilem ignorantiam esse nostris fidelibus copiosam constito tibi prius quod oleum ipsum oneratum fuerit infra tempus treugarum ipsarum eo tempore quo dicte pacis pendebat tractatus et quod propter finitas treugas ipsas dictum vas de portu nostro discesserit memorato prefatis Andree et Raynaldo dictas tredecim vegetes plenas oleo ubi eorum esse oleum ipsum liqueat sicut ponunt instanter restituas et assignes. Ita quod fratres ipsi de iterato ad nos recursu propterea non graventur. datum neapoli per Bartholomeum de Capua die XXVJ aprilis VIIIJ Indictionis.

CI.

Anno 1296. 26 Giugno 9ª Indizione — Napoli.

Carlo II abolisce l'uffizio di Capitano della città di Bari, ed in vece vi crea quello di Stratigoto.

Registro 1295. B. n. 76. fol. 274.

Scriptum est hominibus Bari fidelibus suis etc. Iter ceteras Civitates Regni fidelium tanto Civitatem vestram et Universitatem ipsius benigne prosequemur. tanto statum eius studemus in melius promovere. quanto eamdem Civitatem et cives eius novimus exignato sincera fidelitate preclaros. sicque cernentes hoc presentium turbine temporis fore vobis expediens. presidem habere continuum per cuius presidatum. repressis pravorum audaciis boni in pacis opulentia et quietis amenitate respirent. Intervenientibus quoque supplicationibus vestris de cetera scientia et gratia Speciali. vobis concessimus. ut usque ad beneplacitum nostrum habeatis in civitate predicta. statutum per nostram excellentiam Straticotum. Igitur confidentes ab experientia longa quod Johannes de Moliens. miles. dilectus familiaris et fidelis noster. sic in administrando Justitia constans et providus et in gubernandis gentibus circumspectus. ipsum in eadem civitate Bari et eius pertinentiis statuimus usque ad Maiestatis nostre beneplacitum Straticotum. meri et misti Imperii. ac gladii. Sibi. tradita potestate. amoto inde quocumque Capitaneo inibi. sive per nos sive per Robertum Primogenitum nostrum Karissimum. Ducem Calabrie Regni nostri Generali Vicarium ordinato. Quocirca vobis universis et singulis firmiter et districte precipiendo mandamus. quatenus prefato Johanni de Moliens tanquam Straticoto vestro. de omnibus. que. ad officium Straticotie inibi pertinere noscuntur.

devote pareatis et efficaciter intendatis. ut per obedientiam vestram. dictus Straticotus. vos et civitatem vestram. in pacifici status soliditate gubernet. Vosque possitis exinde in conspectu nostri culminis merito commendales apparere. nos enim penas et banna. que. Straticotus idem. in dicta civitate et eius pertinentiis rite tulerit a Transgressoribus volumus et Jubemus irremisibiliter pro nostra Curia extorqueri. Et quia Syndici vestri. pro parte vestra sollempniter. in nostri presentia promiserunt. dare et solvere dicto Straticoto. gagia sua pro se et quattuor Stipendiariis equitibus. necnon et duodecim servientibus peditibus. quos secum debet pro efficaciori dicti officii exercitio retinere. ad rationem de uncis auri centum viginti ponderis generalis per annum. quamdiu in officio ipso erit. Volumus et Iubemus. ut huiusmodi gagia integre persolvatis eidem. habet enim ab excellentia nostra Mandatum vos ad id si expediens fuerit compellendos. Datum Neapoli. In absentia prothonotarii Regni Sicilie. per manus P. de Ferreriis. Decani Douaciensis. Cancellarii dicti Regni etc. Die XXVJ° Junii VIIIJ° Indictionis.

CII.

Anno 1296. 2 Agosto 9ª Indizione — Napoli.

Carlo II dà il suo assenso a talune concessioni fatte a Pietro de Ferrer Cancelliere del Regno per la casa che abita.

Registro Angioino 1295. B. n. 76. fol. 287 t.

Karolus secundus etc. Notum facimus Universis presentes litteras inspecturis quod Petrus Brancatius clericus de Neapoli Rector et Patronus hospitalis Sancti Archangeli de Morfitis ac patroni omnes Cappelle hospitalis eiusdem Site in Neapoli iuxta domos Philippi filij nostri Principis Tarentini in quibus hospitatur venerabilis vir Magister Petrus de Ferrerijs decanus Aniciensis Cancellarius Regni Sicilie dilectus consiliarius familiaris et fidelis noster concesserunt precario dicto Cancellario ad partes suas accedente quo ad id consensu Venerabilis in Christo patris Philippi Neapolitani Archiepiscopi. ut Cancellarius ipse Cappella eodem aperto hostio a parte dicti hospitij quoties voluerit possit uti. Ita tamen quod ex concessione huiusmodi in Introytu dicte Cappelle hospitali predicto et eidem Cappelle nullum preiudicium generetur. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et pendenti maiestatis nostre Sigillo Jussimus communiri. Datum Neapoli in absentia prothonotarii. per Magistrum Petrum de Ferrariis etc. die IJ° augusti none Indictionis.

CIII.

Anno 1296. 6 Ottobre 10ª Indizione — Napoli.

Carlo II fa salvacondotto a Giovanni da Procida che si porta alla Curia Romana, chiamatovi dal re Giacomo di Aragona (1).

Registro 1296. F. n. 86. fol. 30 t.

Scriptum est Universis tam Officialibus quam alijs quibuslibet Regni Sicilie constitutis fidelibus suis etc. Cum Jóhannes de Procida miles vocatus ad Romanam Curiam per Principem Inclitum dominum Jacobum Illustrem Regem Aragonum Carissimum filium nostrum versus eamdem Curiam proficiscatur ad presens Volumus et firmiter vobis presentium tenore precipimus ut cum Idem Johannes. per partes vestras transierit prebentes ei et Comitive sue transitum sive per mare sive per terra illum faciat. libere et securum. Nullam sibi in personam vel Comitivam. Rebus. aut equitaturis. et Arnesijs suis vel etiam Galee in qua venerit. tam in eundo. quam reddeundo. Iniuriam. offensam. vel molestiam aliquam inferatis. vel inferri ab alijs permittatis presentibus post mensem unum minime valituris. Datum Neapoli. per Bartholomeum de Capua. militem etc. Die. VJº. Ottubris. Xº. Indictionis.

CIV.

Anno 1296. 24 Novembre 10ª Indizione — Roma.

Carlo II assegna una certa annua rendita alla chiesa Cattedrale della città di Napoli per terminarsene la costruzione e la Cappella per la sua real famiglia nello stesso duomo.

Registro 1297. A. n. 88. fol. 17.

Karolus secundus Dei gratia Rex Jerusalem et Sicilie etc. Universis presentis indulti seriem inspecturis presentibus et futuris. Debentes Deo gratius de universis beneficiis quibus vos misericorditer in omni nostrorum successuum tempestate et prevenit. Digne in eius reverentia qui redemit nos promptos et munificos exhibemus honorando cum expedit et opportunis impendiis ampliando venerabiles domos eius. Sane Venerabili Neapolitane Maiori ecclesie in qua bone memorie domini Patris nostri Jerusalem et Sicilie Regis Illustris et aliorum de nostro genere plurimum corpora consepulta quiescunt. decimas annales exolvimus et prout consuetum est hactenus de certis nostre Curie in Civitate Neapolis iuribus exhibemus. Sed sicut venerabilis in Christo Pater Dominus P. Dei gratia Neapolitanus Archiepiscopus dilectus Consiliarius et familiaris noster nobis exposuit decimas ipsas occasione novorum statutorum multe subtractionis circumventio minuit et non parva diminutio circumscribit. de quo ipsa maior ecclesia temporibus presentibus non levia dispendia substulit et per officiales successive calupnias incomoda

(1) Questo documento nel giorno 16 marzo 1854, lo comunicai all'illustre Comm. Salvatore de Renzi, per pubblicarlo nella sua opera sulla Scuola di Salerno, e propriamente nel vol. 3º.

deploravit et sic per ipsum Archiepiscopum nostro remedio implorato ut confusionem huiusmodi per distinctionem accomodam dirimere dignaremur. Nos qui ad Regale fastigium providentiam vocati ab ipso patre luminum recognoscimus quod quid sumus ecclesiarum statum honores et comoda plenis affectibus prosequentes fide quoque devotione ac meritis ipsius Archiepiscopi gratis nobis benigna rememoratione pensatis. a Consulto de certa scientia nostra providimus ad hoc ut ipsa ecclesia certis potius quam dubiis immittantur quod tota fiscali pecunia fundici et dohane Neapolis cum membris suis et gabellarum quoque iurium reddituum et proventuum fiscalium omnium Civitatis eiusdem ipsi nostre Curie debita in unum redacta summam et calculum ac de ipsa tota ratione novorum statutorum huiusmodi tertia tantum pro nostre Curie parte dempta ex duabus partibus exinde reliquis decima ipsa dicte Maiori ecclesie suoque Antistiti pro eadem que pro tempore fuerit annis singulis exolvatur. eo tamen sicut inter nos et ipsum Archiepiscopum sponte stetit firmiter observando quod totum id quod ex hoc ultra consuetum hinc hactenus ipsi Archiepiscopo vel ecclesie pro ipsa decima persolvetur in opificio constructionis ipsius maioris ecclesie que fit nuper usque ad perfectionem eius debitam convertantur et post ipsius opificii complementum ad faciendas fieri certas cappellas in ipsa ecclesia in quibus pro animabus dictorum parentis et aliorum nostrorum divina celebrentur officia devolvatur dignum et enim fore dignoscimus ut quod pro decimis ipsius in honore ipsius ecclesie addimus ad eius comodum et illorum qui conferunt proficiat cunctibus. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde fieri et pendenti nostre maiestatis Sigillo iussimus communiri. Datum Rome per Bartholomeum de Capua militem Logothetam et Prothonotarium Regni Sicilie anno Domini M CC LXXXXVI Die XXIV Novembris X^a Indictionis Regnorum nostrorum anno XIJ°.

CV.

Anno 1297. 7 Febbraio 10ª Indizione — Roma.

Carlo II crea Roberto suo figlio in Vicario Generale del Regno e gli comunica i Capitoli di quest' ufficio.

Registro 1295. 1296. A. n. 80. fol. 245 t. 246. 248.

Karolus secundus etc. Roberto Primogenito suo Carissimo Duci Calabrie ac eius in Regno Vicario generali etc. Agendum nostrorum pergrandium multiplex et inculcata diversitas distrahit mentem et nostra consilia ut ad varia incumbentia trahamus considerationis intuitum et pro ipsorum executione votiva personam nostram per diversa mundi Climata satigimus. Sane cum pro armata potenti estate futura per Sanctam Romanam Ecclesiam Matrem nostram. et Nos contra hostes et rebelles Siculos feliciter facienda et aliis arduis negotiis que incumbunt. Nos ad Ultramontanas partes conferre auctore Domino disponamus. De te confidentes. Non aliter quam de Nobis. cum una censeant persona Patris. et filii. precipue tam dilecti. Te in predicti Regni generali Vicaria. Jam hactenus tibi commissa tenore presentium confirmantes. Adicimus et expresse iubemus. Ut sic circa dicti Regni gubernacula sollicite et studiose existas sicut cum maturitate consilii sapienter omnia cum prudentia et cautela disponas pacem dando populis et ministrando iustitiam Universis. quod in virtuosis et spectabilibus actibus tuis occuras deo gratus. populis placidus. et nostris affectibus gratiosus. Nos est commissa tibi hactenus in dicto generalis officio Vicarie in ministrando iustitiam

Universis. plenam et integram meri et misti Imperii. ac gladii potestatem. Tenore presentium renovantes expresse precipimus. et potestatem tibi plenariam impertimus. quod possis Officiales. quocunque nomine censeantur in Regno predicto. de novo Statuere. et Statutos. sive per Nos. sive per alios amovere. prout quando. et quotiens tibi videbitur expedire. Nec non mandare Inquisitiones generales. et Speciales fieri. Contra quoscunque generales sive speciales personas. pro quacunque Speciali causa seu crimine. prout negotiorum gravitates occurrerent. Possis etiam creare. sive electos confirmare. Notarios puplicos. et annales Judices Civitatuum. et aliorum locorum Regni predicti liceat insuper tibi. tam matrimoniis inter fideles nostros contrahendis cum bonis feudalibus. sive in Castris. sive in planis. terris huiusmodi feudalia bona consistant quam in alienationibus. et permutationibus feudorum. Sicut congrue videris. libere auctoritate nostra prebere assensum concedimus etiam tibi plenam et liberam potestatem componendi cum quibuscunque officialibus olim nostre curie tam de tempore dominii clare memorie Regis incliti domini Patris nostri quam nostro seu alias quibuslibet eiusdem Curie debitoribus de omnibus et singulis officiis et debitis eorumdem tam scilicet de liquidis residuis penes eos quam de questionibus dubiis. defectibus. furtis. subtractionibus et rapinis in eorum computis notatis et quam notari possent. ac etiam Inquisitionibus de mandato Curie contra eos iam factis. seu etiam faciendis. pro ea. qua. pro utilitate nostre Curie. fieri comode posse. videris pecunie quantitate Ipsosque Officiales. et alios. de huiusmodi officiis debitis liquidis residuis. questionibus. defectibus et dubiis. ac etiam Inquisitionibus quietandi. Et insuper super exhibitoribus pecuniarum. Victualium. Vini. armarum. animalium et breviter quarumlibet rerum dicte nostre Curie tam scilicet pro negotiis fiscalibus. quam etiam privatorum. dare mandata. et generaliter sub Sigillo Vicarie dicti Regni quo uteris. omnia singula facere et mandare que nos ipsi si presentes essemus in Regno personaliter faceremus. ratificantes et acceptantes ac pro firmo tenentes et grato et promittentes habere quicquid infra tempus Vicarie tue loco nostri circa premissa et quodlibet premissorum faciendum duxeris et mandandum. ac si nos ipsi de persona nostra specialiter ea omnia et singula faceremus nulla per ullo umquam tempore questione movendu de hiis que dicto modo feceris aut fieri iusseris vel aliquo predictorum ab huiusmodi vero tibi commissis excludimus et nostro tantum arbitrio servamus quod tibi non liceat donare seu concedere terras aliquibus personis nostra conscientia inconsulta et si donaveris seu concesseris statim illa donatio ipso facto irrita sit et nulla et quod accipiens quilibet pro sue temeritatis pena fructus et omnes eorum qui taliter acceperit nostre Curie restituat duplicatos. Item dona terrarum et bonorum facta dudum per dominum patrem nostrum clare memorie seu nos nequeas aliquatenus revocare. Item quod non possis sententias latas per Judices ordinarios et per appellationum Judices confirmatas tam sub felici dominio dicti domini Patris nostri quam nostro ita quod in rem transierint iudicatam aliquatenus revocare nisi super aliquo de huiusmodi donis et sententiis. questio seu dubium oriatur quod volumus ut committere valeas secundum iustitiam terminandum nec etiam liceat tibi quascunque terras civitates et loca quibuscunque fidelibus nostris concessa per prenominatum dominum Patrem nostrum vel nos ad nostrum demanium revocare nisi evidens et expressa necessitas urgeret de aliqua terra vel loco sic concesso que vel qui a nostra fide receperit et per dictam revocationem ad demanium huiusmodi terra seu locus reddiret ad fidem in quo utique casu talem terram vel locum ad dictum demanium revocandum plenam tibi concedimus facultatem Nos enim Universis Prelatis Ecclesiarum Comitibus Baronibus et feudatariis. Vicemagistro Justitiario. Justitiariis Secretis Magistris Portulanis et Procuratoribus Magistris Salis. Provisoribus Castrorum. Castellanis Capitaneis per provincias et Civitates seu loca qualibet constitutis ac quibuscunque officialibus et fidelibus Regni nostri damus expresse per patentes nostras litteras in mandatis ut tibi quem velut immaginarium

presentie nostre relinquimus super omnibus que ad generalis Vicarie officium pertinere noscuntur tanquam persone nostre reverenter obediant et intendant. et quod litteras tuas eis sub Sigillo Vicarie mittendas tam super negotiis fiscalibus. quam privatis devote recipiant et efficaciter exequantur. ac si essent Sigillo nostri culminis Sigillate Constitutiones autem et Capitula tam per dictum patrem nostrum quam nos pro bono statu Regni edita et firmata per te ipsum observes ac mandes et facias per alios tenaciter observari. Et quamquam superius sit expressum. quod tibi non liceat quascunque terras. Civitates. et loca quibuscunque fidelibus nostris concessa per predictum dominum patrem nostrum vel nos nisi in casu premisso ad nostrum demanium revocare adicimus tantum quod si aliqua Universitatum terrarum et locorum huiusmodi forsitan allegarent. quod concesse fuerint indebite. eo quod de iure debeant in demanium retineri et perinde peterent ad idem demanium revocari. super hoc facere valeas quod iustitia suadebit. Datum Rome per Bartholomeum de Capua etc. Die VIJ° februarii X^e Indictionis.

CVI.

Anno 1297. 11 Febbraio 10ª Indizione — Roma.

Carlo II elegge Niccola Frezza in Luogotenente del Protonotario del Regno e gli partecipa talune attribuzioni del suo uffizio.

Registro 1295. 1296. A. n. 80. fol. 198 t.

Karolus secundus etc. Discreto Viro Magistro Nicolao Fricie de Ravello dilecto fideli suo etc. Dudum Bartholomeo de Capua militi Logothete et Prothonotario Regni Sicilie dilecto Consiliario. familiari. et fideli nostro per cuius manus multiplicia et diversa nimis ardua nostra negotia gerebantur et quotiens imminente efficaciter et oportune gererentur ut officium Prothonotarie humeris eius incumbens nullum in exercitio sui propter ipsius Bartholomei occupationem ad varia detrimentum ex aliqua parte sentirent de scientia certa concessimus ut tam apud nos eo absente vel presente occupato tamen ad alia quam apud Regni Sicilie Vicarios eius locumtenentem. habetur per quem loco sui expedirentur negotia litterarum. Igitur de tuis moribus et scientia per expressionem eiusdem Bartholomei testimonio laudis accepto nec minus de tue fidelitatis constantia experientia legali fiducia plena concepta. te quem dictus Bartholomeus ad id sufficientem et ydoneum reputavit apud Robertum primogenitum nostrum Ducem Calabrie et in dicto Regno Sicilie Vicarium generalem prefati Prothonotarii locumtenentem in mandandis scribendis et firmandis litteris et aliis que ad ipsius prothonotarie officium pertinere noscuntur esse concedimus et Jubemus prout et quando idem Bartholomeus inde providerit ordinandum Quapropter fidelitati tue precipimus quatenus apud prefatum Ducem prenominati Prothonotarii locumtenens predicto modo huiusmodi officium sic ad honorem et fidelitatem nostri Culminis diligenter exerceas et prudenter prout prefatus Bartholomeus direxerit et duxerit providendum quod commendabilius processus tui te dignum efficiant ad maiora. Nos enim prefato Duci per alias litteras nostras mandamus. expresse ut te modo premisso ad officium predictum admittens. mandet et faciat tibi de ordinatis stipendiariis sive difficultatis obstaculo provideri et alias de Curialiter et benigne pertractet. Datum Rome per Venerabilem Virum Magistrum Petrum de Ferreriis decanum Aniciensem Regni Sicilie Cancellarium. Anno Domini M°. CC°. etc. (1) Die XJ° februarii. X^e. Indictionis.

---

(1) Qui per negligenza dello scrittore della Regia Cancelleria la data è monca; essa deve dire M. CC°. XCVII.

CVII.

Anno 1297. 26 Febbraio. 10ª Indizione — Roma.

Carlo II fa preparare la sua casa nella città di Napoli per la sua venuta con Giacomo re di Aragona.

Registro 1295. 1296. A. n. 80 fol. 172.

Scriptum est Thomasio Sillato de Salerno iuris Civilis professori Magne Curie sue Magistri Rationali consiliario familiari etc. Cum nos una cum Magnifico Principe Rege Aragonum carissimo filio nostro nec non comitiva nostra ac sua intendamus deo propitio apud Civitatem nostram Neapolis proficisci velimusque pro usu nostri hospitii et domini filii nostri ea que necessaria sunt affluenter habere. fidelitati tue presentium tenore mandamus quatenus statim receptis presentibus sic studeas et procures quod salmas frumenti ducentas de meliori et utiliori pro bono pane faciendo ad opus dicti nostri hospitii de pecunia Curie nostre undecunque et quomodocunque invenire poteris sine occasione aliqua emi facias et ipsas emptas Zolicono Vallecto panecterie nostre qui ad hoc specialiter mictitur facias assignari et Huguetto forrerio et familiari nostro pro faciendo incidi ligna in nemore nostro Scafali et portari per mare cum barcis Neapolim pro usu coquine nostre ac nostri hospitii et palea emenda auri uncias viginti ponderis generalis de predicta pecunia Curie nostre invenire et eidem forrerio solvi facere procures instanter omni occasione remota mandato aliquo nostro sub quacunque verborum forma forte huic contrario facto aliquatenus non observante. Circa vero exequttionem presentis mandati nostri sic curiose procedas quod in predicto adventu nostro et dicti filii nostri nullum inde defectum intervenire contingat. Datum Rome per Magistros Rationales etc. Die XXVJ° februarii Xᵉ Indictionis.

CVIII.

Anno 1297. Luglio. 10ª Indizione — Brignole.

Capitoli delle Contee di Provenza e di Forcalquier

Registro 1295. 1296. A. n. 80. fol. 257 et 296.

Capitula facta in Comitatibus Provincie et Forcalquerii per Regiam Maiestatem In anno. Xᵉ. Indictionis de mense Julii.

Karolus Secundus Dei gratia Rex Jerusalem et Sicilie. Ducatus Apulie. et Principatus Capue. Provincie. et Forcalquerii Comes. Senescallis. ac Officialibus aliis predictorum Comitatuum Provincie. et Forcalquerii presentibus. et futuris. fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Ad audientiam nostram fide digna relatione pervenit. apud Officiales nostros Comitatuum predictorum Provincie. et Forcalquerii diu Jam inolevisse abusum. tam in officiorum gestionibus. quam etiam in reditionibus computorum. Debitus enim ordo in Officiis assumendis omittitur. ac inter eos Informatio mutua Rerumque personarum. et temporis distinctio debita preteritur. Quo fit. Ut in negotiis involutis. necessario sequatur obscuritas. que privatorum causas. et Justitias impedit. ac Iura

Curie nostre confundit. Super quo Volentes oportunum remedium adhibere. habito plene cum deliberatione consilio. Circa id. Ordinationem edidimus Infrascriptam. quam per Senescallos. Maiores Judices. Vicarios. Receptores. Baiulos. Judices. Clavarios. Pedagerios. et Cabellarios. Nec non Rationales nostros Comitatuum predictorum presentes Scilicet. et futuros. a festo Omnium Sanctorum proximo futuro. in Antea. tenaciter. et inviolabiliter Volumus observari. Omnem consuetudinem in contrarium hactenus habitam quam abusum potius reputamus. totaliter abolentes. Illis Officialium predictorum. qui in Ordinationis huiusmodi observatione defecerint. modo subscripto. et subscripta pena plectendis. Que quidem Ordinatio. Hec est.

In primis Statuimus. quod Senescallus in ingressu sui officii. requirat et recipiat a Precessore suo. in Scriptis sub eius Sigillo. Acta. Residua et mandata pendentia que Precessor eius. officii sui tempore non terminavit. non recollegit nec extitit executus. Et de hoc fiant Quaterni duo consimiles distincte. et particulariter continentes dictorum actorum Series. prout Coram precessore fuerint Attitata. Mandatorum pendentium formas. quorum executio in parte processerat. distinguendo id quod ex eis actum est. et quod restat agendum. et si huiusmodi mandatorum exequtio in aliquo non processit. Ipsa mandata originalia exequenda recipiat. ac si sibi nominaliter mictentur. Contineant etiam Iidem Quaterni quantitates Residuorum. et nomina ea debentium. et causas pro quibus debeantur. Quorum quaternorum. Unum quilibet eorum. sub Sigillo alterius in computo suo producat. Que quidem acta. iuxta causarum merita prout Justum fuerit. terminet. Mandata pendentia. Sive in toto. Sive in parte pendeant. exequatur. pro quorumcumque negotiis fuerint. tam Curie. quam etiam privatorum. Nisi forte aliqua rationabilis causa obsisteret Vel ei circa hec iusta dubietas oriretur. Quo casu Nos inde statim consulere non omittat. Residua quoque instanter. et cum integritate recolligat. et recolligi faciat. Non quod inde quicquid ad manus eius perveniat. Set tam id quam Reliqua tota fiscalis pecunia percipiatur successive per Receptores fiscalis pecunie. Comitatuum predictorum. Simile quoque formam servabit in actis sui temporis. Nec non hiis. que recollegerit. aut recolligi fecerit. et Mandatis. que receperit. Infra sui officii tempus redigendis in scriptis. Ita quod computi sui tempore. Quaternum Unum de actis ipsis eorum Seriem continentem. alium de recollectis per eum. Vel Commissarios suos. cum Nominibus eorum. ac illorum qui solverint. et ex qua causa et quicquid inde ad receptionem. Vel alium pro parte Curie pervenit. quidque tempore computi. Vel amotionis eius. ab officio restiterit exinde colligendum. et tertium Quaternum de Mandatis. que infra tempus ipsum receperit et si ipse in persona sua ea fuerit executus. qualiter. et si commisit aliis exequenda. Quibus. et sub qua forma. Qui etiam quaternus contineat formas litterarum suarum. Siquas non ad mandata nostra. Set ex sui auctoritate officii. quocunque modo. et ex quacumque causa officialibus. aliisve direxit. Ad quas quiquiquam de terra. Juribus. et bonis nostris mobilibus. Vel immobilibus. alienari debeat. assignari. Vel tradi. et quibus. Vel pro Curia nostra recipi per quos et a quibus et ex qua causa huiusmodi alienatio. assignatio. traditio. vel receptio sit futura. Et generaliter quaternus ipse contineat. totum processum suum quem faciet. in sui administratione officii. cum distinctionibus oportunis. Et siquas litteras super huiusmodi alienatione. assignatione. traditione. vel receptione concesserit. que in dicto quaterno registrate non sint. de toto dampno. et interesse. quod inde Curia nostra subierit. Nos servate teneatur indepnes. et nichilominus. in penam omissionis. et contemptus huiusmodi Decem libras Coronatorum. pro qualibet littera omissa. Curie nostre componat. de omnibus insuper. que officii sui tempore. Sive ad Mandata nostra. sive ad requisitiones officialium aliorum. aut ex sui administratione officii per condempnationes. compositiones aliosque proventus. aut qualitercunque alias Curie nostre acquireret. a quibus. et ex qua causa. et per quos eas exigi vel infiscari iusserit.

Rationalem nostrum Comitatuum predictorum. Singulis tribus mensibus. sub Sigillo suo informare procuret. Gagia quidem sua. sicut per Nos fuerint ordinata. non ex diversis locis solvi Sibi faciat Set per manus tantum receptoris eiusdem. Et hoc idem servari faciat. de gagiis officialium. Maioris Curie nostre Comitatuum predictorum. Redditurus anno quolibet Curie nostre. de dicto officio debitam rationem. in qua dictos quaternos producat. cum Cautelis aliis. que fuerint oportuue. Illis autem Officialibus Infrascriptis. quos in officiis ipsis Statuet Commissiones faciat Secundum formas per Nos nuper de Singulis ordinatas. et in arcbivo nostro Aquensi sub Sigillo nostro dimissas. et si aliqua Officialium ipsorum per Nos fierent quantumcumque forsitan eorum Commissio a formis huiusmodi discordaret. Nichilominus mandet et faciat formas ipsas per eos tenaciter observari. et sub Sacramento Suo teneatur hanc ordinationem nostram. in se. et in aliis officialibus. quatenus ad unumquemque spectaverit. servare. et servari facere. Sive in eodem Sacramento id exprimatur. Sive etiam omittatur. cum ordinationem eandem. ex nunc Senescallie officio. Substantialiter annectamus. quam si non servaverit. vel servari fecerit. de omni dampno. et interesse. quod exinde Nobis evenerit respondere. ac satisfacere nostre Curie teneatur. et nichilominus in penam contemptus gagia sua temporls illius ammictat. quo invenietur. ordinationcm huiusmodi non servasse. in se. aut in aliis. impune transierit non servatam.

Maior Judex Comitatuum predictorum in conscribendis. recipiendis. terminandis. et exequendis actis. et mandatis. tam sui temporis quam pendentibus. de tempore precessoris. et registrandis litteris. quas pro actorum. et mandatorum ipsorum executione concesserit. ac informando Singulis tribus mensibus. Rationali prefato. de hiis que per Compositores. Condempnatores. aliosve proventus Curie acquisierit. a quibus. ex qua causa et per quos ea exigi. Vel infiscari iusserit. Nec non. et tempore ammotionis sue. ab officio. in assignandis temporis sui pendentibus successori. formam observet. que Senescallo in talibus superius designatur. Et cum relinquet officium quaternum hec omnia continentem. quem. Ut supra dictum est. a Successore suo. Sub eius Sigillo recipiat. predicto Rationali informationem Curie tradere teneatur. Sciturus se penas predictas Senescallo impositas. si in presentis ordinationis observatione defecerit incursurum.

Secundarum appellationum Judex. de omnibus sententiis. quas ad eum contigerit appellari singulis tribus mensibus similiter inscriptis suo Sigillo munitis. pridem Rationalem informet. que Scripta Sumotenus contineant. huiusmodi causas. de quibus. et per quos ad eum fuerit appellatum. ac totum processum. quem Idem Judex habuerit in decisione ipsarum. Ut de hiis. in quibus Curia nostra tangitur. aut emolumentum ipsi Curie ex ipsarum causarum decisione advenerit. plena notitia possit haberi de qua informatione. a Rationali predicto habeat sub eius Sigillo ydoneas responsales. In quo si defecerit in penam defectus. gagiis suis illius temporis quo sic predicta neglexerit omnino privetur et alias penis aliis pro nostre Maiestatis arbitrio subiacebit.

Procurator fisci partium earundem in promovendis. et prosequendis causis fiscalibus. prout ad eius spectat officium. sit attentus. et ut de omnibus. que ob sui procurationem. Curie nostre provenerint. Ipsa Curia sit Instructa. Quolibet trimestri tempore teneatur Rationalem nostrum dictarum partium inscriptis sub eius Sigillo informare summatim de omnibus. et singulis causis. fiscalibus. que infra idem trimestre tempus. sub sui procuratione promovit. et extitit prosecutus. et in quibus terminis tunc ipse cause consistant. et quas ex eis advenerit Curie nostre profectus. et de informatione huiusmodi. ab eodem Rationali. sub eius Sigillo ydoneas habeat responsales. Quod si secus fecerit. gagia illius temporis. pro quo id facere forsan omiserit. in penam contemptus ammictatur. preter penas alias ei pro nostro arbitrio infligendas.

Receptor fiscalis pecunie in Ingressu sui officii a precessore suo. in Scriptis sub

eius Sigillo recipiat Mandata pendentia. Super Receptione. vel Solutione cuiuscunque fiscalis pecunie. et aliarum rerum sibi facta per Nos. vel Senescallum. distinguendo particulariter id in quo ea precessor suus. extitit executus. et in quo pondeant. illaque iuxta ipsarum tenorem. efficaciter adimplebit. Nisi forte rationabilis causa obsisteret. Vel iusta ei dubietas oriretur. Quo casu Nos si presentes essemus in Provincia. vel si absentes. Senescallum consulem non omittat. Mandata quoque nostra Senescalli prefati. que infra officii sui tempus recipiet. diligenter implebit. et omnem pecuniam. et res alias. quas recipiet. et expediet. in introitu. et exitu suo. ponet. distinguendo particulariter tempus receptionis. et exhibitionis. per annos Domini. Menses. et dies. loca. personas solventium. et recipientium. et ex qua causa. et de omnibus que recipiet. faciet assignantibus apodixas suas. que in privata scriptura. Sub eius Sigillo sufficiant et registrentur de verbo ad verbum. in quaterno uno. in suo computo assignando. et de hiis. que dabit. a recipientibus habere curabit in forma puplica ydoneas apodixas. Ultra scilicet quantitatem Quinquaginta Solidorum. Set infra. vel usque ad quantitatem eandem. huiusmodi apodixis omissis. Sufficiat per Quaternum suum talem minutum exitum particulariter designare. Quia inde fidei sue stari volumus. et fidei etiam ac examini Rationalis predicti. qui providere. et examinare habet exitum ipsum. Causasque. ac circumstantia eius. et ad equum reducere. Siquid inveniet minus rationabiliter computatum.

Contra predictos Officiales alios. utpote Receptores fiscalis pecunie Vicarios. Baiulos. et Judices. Clavarios. Padegerios. Cabellarios. qui post dictum festum Omnium Sanctorum. hanc nostram Ordinationem servare contempserint. penam statuimus Infrascriptam. Videlicet t. . . . dampnum et interesse. quod ex ipso eorum defectu Curia nostra subiverit teneantur Nobis de bonis eorum propriis resarcire. tantumque Curie nostre componant. ad quantum ascenderint gagia. sua illius temporis. quo defecerint in premissis. Et si per Senescallum. et Rationalem prefatos vel eorum altorius. semel in uno Scilicet computo. post dictum festum redarguti. aut moniti defectum huiusmodi non correxerint. Set continuare presumpserint. Statim per Senescallum a predictis ammoveantur officiis nullo unquam tempore per Senescallum aliquem reducendi. in illis. vel aliis Statuendi. sine Maiestatis nostre conscientia. et indulgentia speciali.

Et ut Prescriptis Officialibus. ac quibuslibet aliis Curie nostre Comitatuum predictorum cuiuscunque sint conditionis et status deliguendi in eorum officiis in antea precludatur. per presens nostre Maiestatis edictum. perpetuo valiturum. expresse statuimus quod quemcumque ex eis in quocunque predictorum officiorum. aut alio Statutum ad presens. vel in antea statuendum. ob fraudem. vel dolum aliquem commissum per per eum. in eius quidem exercet aut exercebit officio. ammoveri inde contingat. amotus ipse. ad idem officium. in quo huiusmodi dolum vel fraudem commiserit. aut aliud nullo unquam tempore reducatur. absque speciali Culminis nostri rescripto Sibi super hoc de certa. et mera nostra scientia indulgendo. quod de presenti edicto nostro. plenam. et expressam faciat mentionem.

Item Statuimus. Ut cum ex crebra amotione que per Senescallos Comitatuum predictorum dicitur fieri. de Clavariis. aliisque Officialibus Comitatuum eorundem. qui de ipsorum officii annuatim coram Rationali prefato tenentur ponere retionem tam scilicet in ponendis rationibus ipsis Rationali predicto per Clavarios. et alios officiales huiusmodi quam in recipiendis eisdem. ab ipsis per Rationalem eundem quedam oriatur obscuritas. ac proinde confusio. nec non nostrorum iurium diminutio plerumque sequatur. Senescallus qui pro tempore fuerit nullum de Officialibus ipsis amoveat infra annum. Nisi forte necessaria et rationalibus causa ipsum inducat. ad talem ammotionem de eisdem Officialibus faciendam. quam quidem causam diligenter prevideat. et attendat. ac de illa Rationalem prefatum informare procuret.

Ut autem ordinatio eadem ad omnium notitiam perferatur. Volumus. et Mandamus. quod presentes in Archivo nostro Aquensi remaneat. Retento per te presentem Senescallum transumpto sub Sigillo Rationalis predicti. Tuque Senescalle transumptum simile sub Sigillo tuo ad quamlibet Vicariam conservandum ibi decetero. ad informationem Officialium predictorum tam presentium. quam etiam futurorum destinare procures.

Datum Brinonie Anno Domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo Septimo Die Ultimo Mensis Julii. Decime Indictionis. Regnorum nostrorum. anno tertiodecimo.

CIX.

Anno 1298. 25 Aprile. 10ª Indizione — Napoli.

Uno de' figli di re Manfredi stando infermo nel castello di Santa Maria del Monte, Carlo II permette che sia visitato da qualcuno.

Fascicolo Angioino 28 il 3° fol. 107 t.

Scriptum est Castellano Castri Sancte Marie de Monte etc. placet nobis et volumus nobisque predicto mandamus quatenus Henricum Fredericum et Aczolinum filios quondam Principis Manfridi qui in dicto Castro in compedibus detinentur statim ab ipsis compedibus liberantes eos tractetis honorabiliter sicut decet et quia ipsorum unus dicitur infirmari si statim aliquem pro cura ipsius intrat ad eum prout oportunum fuerit permictatis fratrem etiam Mattheum de Matera ordinis minorum sine impedimento ad predictos fratres patiamini introire habentes nichilominus et haberi facientes de eis custodiam diligentem. Datum Neapoli per Bartholomeum de Capua etc. die XXVJ° Aprilis XJ° Indictionis.

CX.

Anno 1298. 6 Maggio. 11ª Indizione — Napoli.

Carlo II ordina pagarsi puntualmente l'assegno fatto a' figliuoli di re Manfredi ed a Corrado Conte di Caserta, tenuti in carcere nel castello di S. Maria del Monte.

Fascicolo Angioino 67. fol. 61 t. nell' Archivio di Stato di Napoli.

Scriptum est eidem Secreto (1) etc. Non cedet ad honorem Regium de filiis quondam Manfredi olim principis Tarentini et Corradi dudum Comitis Casertani qui in Castro Sancte Marie de Monte carcere detinentur Si ob alimentorum defectio que a te de Curie mandato debent recipere fame peribunt cum eis sufficiat carceris inclusio et maceratio et quia longo tempore sunt perpessi Ideoque volumus et deinde tibi firmiter et districte

(1) *Henrico de Hervilla Secreto Magistro Portulano et Procuratori ac Magistro Salis Apulie.*

precipimus quatenus Captivis ipsis expensas eorum victui oportunas iuxta tenorem mandati quod presertim a Curia diceris recepisse ab eo tempore quo omnis per te in satisfactionem non extitit usque nunc in antea per totum presentem annum de quacunque fiscali pecunia predictorum officiorum tuorum que est vel erit per manus tuas qualibet difficultate sublata studeas ministrare et exinde reciperetur apodixam. Mandato sub quacumque forma verborum huic contrario tibi facto per quod effectus puntum impediri possit in aliquo vel differri nullatenus obsistente. Datum Neapoli per dominum Bartholomeum de Capua etc. die VJ° Maii XJ° Indictionis.

CXI.

Anno 1298. 9 Giugno. 11ª Indizione — Marsiglia.

Carlo II fa battere nuove monete in Provenza.

Registro 1297. 1298. X. n. 89. fol. 136 t-137 t.

Scriptum est Senescallo Provincie et Forcalquerii familiari et fideli nostro etc. Dudum de subditorum nostrorum istarum partium comoditatibus providentes quamdam novam monetam in Civitate Aquensi confici et fabricari mandavimus de certis liga et pondere ac valore. Iniungentes monetam ipsam per Comitatus nostros Provincie et Forcalquerii suo valore stabilito expendi. Et dum esset in ipsius monete confectione iam in bona parte processum. factum est quod Syndici Universitatum de Vicariis et Baiulis earumdem partium. ad nostri presentiam accedentes proposuerunt et argumento quodam rationabili ostenderunt. eandem novam monetam Tum propter grossum pretium eius afferre dictis nostris subditis in expendendo dispendium. Tum etiam propter debilitatem lige. seu tenute nove monete. que fabricata est. et fabricatur assidue. in terra Regis Francorum Illustris. prefate nostre terre confinis ad eamdem terram Regis Francorum frequenter transferri. ibique fundi propter sui pretium et in moneta ipsius Regis Francorum que longe minoris tenute esse dinoscitur transformari. Quo fit. Ut dicta terra nostra moneta utiliter expendibili vacuata. quod in subditorum nostrorum comoditatibus fieri creditur. cedat in terre alterius Juvamentum. Sicque de consilio et ad requisitionem Sindicorum ipsorum et aliorum nostrorum fidelium. peritorum in talibus. aliam novam monetam minutam. scilicet nigram. et grossam albam argenteam in predictis partibus fieri. et fabricari provisum est. de subscriptis tenutis. ponderibus et valore. Sint Infra distinguitur de Unaquaque ipsorum. qua tota predicta terra nostra in utilitate expendendo sufficienter habundet. quarum monetarum fabricationi et confectioni. Magistrum statuimus Guillelmus Vincentii de Massilia fidelem nostrum. ac Philippum de Roccamaura familiarem et fidelem nostrum ipsarum monetarum Volumus esse Custodem. Modo subscripto. videlicet. quod Idem Guillelmus. tam Argentum. quam es. et alia dictarum menetarum fabricationi necessaria emat de notitia et conscientia ipsius Philippi. et Idem Philippus solvat pretium earumdem. et plenam. ac particularem notitiam habeat de Universo labore monetarum predictarum. Sicut fient. de die in diem. Ita. quod nil penitus eum exinde lateat. et ea omnia. tam scilicet emptores. quam laborem cotidianum earumdem monetarum particulariter redigat in quaterno quem quotiens opus fuerit nobis aut tibi valeat presentare. et monetas ipsas. sicut erit facta cotidie quelibet earumdem. ad manus suas recipiat et custodiat. Cum

autem de monetis ipsis post confectionis earum initium facte fuerint. et cuse usque ad summam quingentarum librarum de minuta. et ducentarum de grossa. statim te requirere studeat. Ut monetas ipsas publicari facias et expendi per totam terram dictorum Comitatuum provincie forcalquerii. ac aliam terram nostram. ipsis Comitatibus adiacentem. Scilicet dictam nigram monetam minutam. equaliter. sicut Veteres Coronatos. et prefatam albam grossam Argenteam. pro duodecim Coronatis. seu ipsis novis nigris denariis. pro quolibet eorumdem. Interdicens. et expresse prohibens. Ne in dictis partibus. alie minute monete nigre nove. seu veteres. expendatur. Nisi tantum veteres coronati provinciales. Prefata alia nova moneta. quam ut predicitur. pridem proximo fieri fecimus in Aquis. et presens. sicuti fabricabitur successive. Cuius quidem monete minute Nigre. tenuta. seu liga. tallia. pondus. et Valor. ac modus. et forma tenendi. circa laborem ipsius. tales erunt. videlicet. quod Viginti duo solidi eiusdem monete ponderabunt Marcam unam Massiliensem. que Marca dicte monete continebit duas Uncias de Argento fino in pondere. et quotiens ipsa moneta cusa assignabitur dicto Philippo per eumdem Guillelmum per ipsum Philippum ponderabitur diligenter. et si in tribus Marcis eiusdem monete sint tot denarii debiles. quod ultra Sexaginta sex solidos ipsorum denariorum intrent alii denarii duo. et non plures. nichilominus monetam ipsam recipiat liberandam Si tamen plures intraverint in dictis tribus Marcis quam dicti Duo denarii. extrahantur inde tot de denariis debilibus. quod dicte tres Marce contineant debitum numerum denariorum ipsorum. et quando ponderabitur dicta Moneta. si moneta superat pondus. denarius. pambulus. seu obulus inde removeatur. Item si in proba seu assagio faciendo de dicta Moneta. de qua duodecim denarii ponderari debent Mediam Unciam. Inveniatur defectus de Uno grano Argenti. vel minus nichilominus monetam ipsam recipiat. et expediat. Nec propterea impediatur. vel arrestetur. Verumtamen dictus Guillelmus in sequenti moneta. quem facieri dictum defectum predicti grani reficiat. et restaurabit. Si vero per dictam probam inveniatur defectus de grano uno et medio. Moneta ipsa non expediatur Set arrestetur et intantum teneatur. quousque fabricetur et cudatur tanta alia moneta. quanta fuerit illa. in qua inveniatur dictus defectus. et emendato ipso defectu de uno grano et medio. in ipsa quantitate sequenti misceantur ipsi denarii. tam primi scilicet arrestati quam secundo facti. et expediantur et liberentur. Item postquam dicta moneta cudetur. ponantur in Una Bussiada duas Claves habente. de quibuslibet Centum libris eiusdem monete. Sex denarii pro facienda proba ex eis quatenus in anno vel pluries. Sicut Nos. aut tu pro parte nostra duximus Iniungendum. Et si per dictam probam contigerit invenire defectum. defectus ipse corrigatur et emendetur. Juxta cognitionem illorum. quos ad id Nos. seu tu duximus deputandos. huiusmodi tantum emendationem Intelligimus de defectu qui non excedit unum granum et dimidium talis defectus excesserit Dictus Guillelmus exinde pena dicta puniatur. De predictis autem duabus Clavibus dicte Busside Unam per dictum Philippum et aliam per ipsum Guillelmum Volumus custodiri. Incisio vero seu tallia dicte monete talis esse debet. quod in pondere Unius Marce de dicta moneta possint esse quindecim denarii. Ita fortes quod Viginti solidi de talibus faciant Marcam unam. possint etiam esse alii quindecim denarii sic debiles quod Viginti quatuor solidi et quatuor denarii de talibus faciant Marcam unam. Nec predicti fortes sint fortiores. Nec predicti debiles debiliores existant. qui predictus Guillelmus promisit Nobis reddere Curie nostre pro quolibet Miliari grosso. quod est de Mille Centum Viginti quinque librarum. Centum quadraginta libras eiusdem Monete. et hoc quamdiu Marca Argenti fini habebitur pro solidis Septuaginta duobus. eiusdem monete. Si vero Argentum huiusmodi carius efficeretur. aut vilius secundum quod maius vel minus constiterit. magis vel minus exinde proportionaliter respondebit. Volumus Insuper. quod dictus Guillelmus similiter dicte Monete fieri faciat denarios duplices. ac obolos atque piccas. pro comoditatibus expen-

dentium pro quibus duplicibus dictus Guillelmus nobis dare obtulit. et promisit pro quolibet Miliari grosso ultra Miliare simplicium. decem libras dicte monete nove simplicis. Quarum monetarum Cuneum et formam tam scilicet duplicium quam simplicium fieri Volumus. Juxta quod dicto Philippo dari fecimus Instructionem. et formam. Item Volumus. ut promittitur per dictum Guillelmum pro parte Curie nostre fieri aliam novam monetam argenteam grossam et albam subscriptorum ponderis. tallie et tenute videlicet. quod Octoginta quatuor denarii eiusdem Monete et tertia pars. unius denarii ex eadem moneta ponderabunt Marcam Unam Massiliensem. et quelibet libra in pondere ipsius Monete tenebit de Argento fino Undecim Uncias. et dimidiam in pondere. Quotiens autem de Moneta ipsa cusa dicto Philippo assignabitur per eundem Guillelmum. diligenter ponderetur. et si in Uncia una in pondere de ipsa moneta contingat inveniri defectum. usque ad pondus trium granorum. nolumus quod propterea impediatur. Nec arrestetur. Set deliberetur. dumtamen in alia quantitate ipsius Monete. que subsequenter fiet. defectus huiusmodi restauretur. Si vero defectus ipse sit usque ad quatuor grana in qualibet Uncia. arrestetur dicta moneta taliter defectiva. Nec deliberetur. quousque tantumdem subsequenter cudatur et fiat de moneta ipsa in qua dicta quatuor grana per Unciam superent. et postmodum dicta prima quantitas defectiva. et sequens restaurativa misceantur et deliberentur in premissa forma que de alia nova moneta minuta superius est expressa. Tallia vero. seu incisura denariorum ipsius monete talis erit videlicet. quod. Unus non ponderabit plus alio. Ultra granum unum a debiliori ad fortiorem. Ita quod possit ille qui fortior est ponderare ultra debitum. secundum predictam distinctionem. in dimidio grano ad plus. et ille qui erit debilior possit ponderare infra debitum eius pondus. deficiente dimidio grani ad plus. de qua moneta ponentur de quolibet Miliari quatuor denarii in Una Bussida signata duabus Clavibus. in forma predicta. pro facienda ex eis proba. seu assagio. quatenus in Anno. vel pluries. Sicuti de nostre Curie Mandato procedet. pro qua moneta dictus Guillelmus nostre Curie dare promisit. quamdiu Marca Argenti habebitur. pretio Solidorum Septuaginta duorum de Coronatis. pro qualibet Marca solidos tredecim et denarios Sex. predictorum denariorum parvorum. Crescente vero. aut minorante pretio eiusdem Argenti plus aut minus. dabit exinde nostre Curie sicut pro Augmento. aut minoratione pro rata continget. formam autem et Cuneum eiusdem monete argentee fieri volumus similem. forme. ac Cuneo predictorum denariorum nigrorum duplicium cum circumspectione simili litterarum. Et quia dictus Guillelmus de subscriptis expensis faciendis per eum. quamdiu fuerit in eodem servitio. fecit cum nostra Curia diffinitivum extalium. sive factum pretium. videlicet quod habeat per annum pro suis Stipendiis libras Centum. pro expensis necessariis in fundendo monetas libras viginti pro duobus hominibus Juvantibus Magistros libras Triginta. pro Gagiis unius Coci et unius servientis libras quindecim pro Arnisiis et suppellectilibus necessariis libras Vigintiquinque et pro victu suo. et personarum hospitii dicti operis libras Centum decem. dictus quantitates pecunie que ascendunt ad summam librarum Trecentarum Coronatorum provincialium Anno quolibet. quousque in dicto servitio fuerit. per dictum Philippum Volumus et mandamus de proventibus operis dictarum monetarum exolvi. Quocirca fidelitati tue precipimus. quatenus circa confectionem Monetarum ipsarum premissam ordinationem. observans quatenus ad te pertinet. et faciens ab aliis. prout expedit ab aliis tenaciter observari ea omnia sicuti supra. particulariter. . . . . . (1) de partibus istis absentibus pro parte nostre Curie diligenter et fideliter exequaris. Et postquam prefatus Philippus confectis Jam de qualibet Monetarum ipsarum quantitatibus predistinctis super hoc te duxerit requirendum per predictos Comitatus. et terram Monetas ipsas novas factas

---

(1) Dove stanno questi punti lo scritto è interamente cancellato dal tempo.

publicari et expendi. quamlibet ipsarum scilicet pro valore superius declarato facias etiam Interdiri et strictius inhiberi. quod in dictis Comitatibus et terra nulle alie minute monete nigre nove seu veteres expendantur. Nisi tantum veteres Coronati provinciales. et prefata alia nova moneta. quam ut predicitur in Aquis pridem proximo fieri fecimus et presentem que fabricatur successive. Excepto in Civitate Massilie in qua sicut solitum est. hucusque expendantur Regales. Nec in eadem Civitate pretextu presentis nove monete de dictis Regalibus aliquid innovetur. facias insuper inhiberi. quod nullus abinde per terram. vel aquam. Argentum seu bullonum. aut aliquam monetam nigram veterem presumat extrahere sub pena amissionis eorum. que contra inhibitionem eamdem extrahere fuerit interceptus. quam inhibitionem facias inviolabiliter observari Pecuniam autem oportunam pro emptoribus dictorum Argenti et Eris. ac aliis oportunis Grafferios nostri hospitii in Valentinenseis et pamonteis Argenteis. Valorem Mille et Octoginta trium librarum. Viennensium parvorum: Valentium libras Octingentas Sexaginta Sex. et Solidos octo Coronatorum. et si melius si poterit in eis utilitas nostre Curie procurari. quam quantitatem Volumus quod Idem Philippus teneat pro dicto labore. nec quicquam de ea ad aliqua servitia alia auctoritate cuiuscunque Mandati convertat. Tu igitur pro quocunque negotio. aut pretextu cuiuscunque mandati quod forsan reperes. nil de ipsa quantitate facias exhiberi Cum eidem Philippo id prohibuerimus satis expresse. Inhibitione autem per te facienda. Ut prefertur quod nullus expendat in dictis partibus monetas alias. quam premissas. Nec aliquis extrahat de partibus ipsis. Argentum seu Bullonum aut aliquam veterem monetam nigram. Ultra penas perditionis eorum que contra inhibitionem ipsam expendere aut extrahere fuerint Intercepti. aliam graviorem penam adicias. Juxta quod tibi videbitur expedire. Ita quod dicte Monete nostre et non alie expendantur. et Bullonum aut Argentum seu aliqua moneta vetus nigra de partibus ipsis nullatenus extrahantur. Datum Massilie per Magistros Rationales Magne nostre Curie. Anno Domini. Millesimo. CC°. XCVIIJ°. Die IX°. Mensis Junii XJ° Indictionis.

CXII.

Anno 1298. 26 Luglio. 11ª Indizione — Roma.

Carlo II conferma la sua dichiarazione di debito di 10 mila marche di argento ricevute a mutuo da Edoardo re d'Inghilterra.

Registro 1298. B. n. 91. fol. 217.

Karolus Secundus Dei gratia Rex Jerusalem et Sicilie. Ducatus Apulie. et Principatus Capue Provincie et Forcalquerii Comes. Notum esse volumus Universis presentes litteras inspecturis. quod olim dum Principatus Salernitanus. titulo fungebamur super mutuo decem milium Marcarum argenti. facto nobis per Illustrem Regem Anglie. nostras eidem Regi concessimus litteras. continentie subsequentis. que talis est. Noverit universi presentes litteras inspecturi quod Nos Karolus Princeps Salernitanus. fatemur et recognoscimus. nos mutuo recepisse. et habuisse a Magnifico Principe Domino Eduardo Dei gratia Illustri Rege Anglie. Domino Hybernie. et Duce Aquitanie. consanguineo nostro Carissimo. decem milia Marcarum Argenti. et illa in nostras urgentissimas necessitates fuisse conversa. que quidem decem milia Marcarum argenti bona fide

promittimus. restituere dicto domino Regi. vel suis heredibus. aut eorum Mandato. in nundinis Sancti Ayoli Pruninensis proximo futuris. sine ulteriori dilatione cum dampnis expensis et interesse. que ipsum Dominum Regem vel suos heredes. propter hoc facere contigerit. vel subire. pro quibus omnibus et singulis. fideliter adimplendis obligamus eidem domino Regi. et eius heredibus Nos et heredes nostros. et omnes terras nostras. ac omnia bona nostra mobilia et immobilia presentia et futura. specialis titulo ypothece. Renunciantes expresse. exceptioni non recepte. non habite. et non mutuate pecunie. doli et in factum. ac omnibus aliis exceptionibus. omnique Juris auxilio. tam Canonici. quam Civili. per (*sic*) possemus nos. contra predictum defendere vel iuvare. In quorum omnium testimonium. quia sigillum proprium nondum fieri fecimus Impressionem trium facierum consueti Anuli nostri presentibus duximus apponendum. et manu nostra propria. scripsimus sequens verbum credatis. Datum apud Cleronem. tertio die Novembris. Anno Domini. M°. CC°. LXXXVIIJ°. Ad pleniorem itaque rei certitudinem. et prefati domini Regis Anglie cautelam. prescriptarum litterarum nostrarum tenorem presentibus inseri et eas sub pendenti Maiestatis nostre Sigillo iussimus renovari in suo robore permansuras. Data Rome per Magistros Rationales Magne Curie nostre. Anno Domini M°. CC°. XCVIIJ°. Die XXVJ° Julii XJ° Indictionis. Regnorum nostrorum anno XIIIJ°.

CXIII.

Anno 1298. 14 Ottobre. 12ª Indizione — Napoli.

Carlo II dà alcuni provvedimenti pel risarcimento de' danni pel furto di 325 once, di proprietà 'di Filippo Principe di Taranto, avvenuto nella città di Barletta.

Pergamene di Barletta nell' Archivio di Stato di Napoli. Fascio 8. n. 184.

Karolus Secundus dei gratia Rex Jerusalem et Sicilie Ducatus Apulie et Principatus Capue, Provincie et Forcalquerii Comes, Francisco de Ebulo de Capua militi Justitiario Terre Bari familiari et fideli suo, gratiam suam et bonam voluntatem. Scripsimus olim tibi per alias nostras sub certa continentia litteras, ut ad emendationem furti unciarum Trecentarum viginti quinque que fuerunt Philippi filii nostri carissimi principis Tarentini, subtractarum noctu de domo Terti Bonaccursi de florencia Mercatoris qui Baroli conservabat easdem, Universitatem dicte terre Baroli, sub certa forma compelleres et arceres prout in licteris ipsis nostris plenius notabatur. Sicut autem Nunc Maiestati nostre pro parte dicte Universitatis exponitur, de cetero universitati circa hoc gravis infertur iniuria, tum quia per Capitula nostra dudum in planitie Sancti Martini pro bono statu Regni fidelium edita ob emendatione furtorum que per speciales personas fieri contingit interdum universitates Regni singule sunt exempte constitutione tamen antiqua de dampnis Clandestinis edita in suo robore duratura tum quia furta pro dampnis clandestinis non habentur, tum etiam quia dicta universitas in hac parte a nullo conventu extitit vel convicta immo credit et extimat dictum Tertum pecuniam ipsam nullatenus ammisisse, set esse mendacium quod in hac parte supponit. Propter quod provisionis nostre remedium dicta universitas suppliciter imploravit. Quia ergo per priores licteras ipsas nostras intencio nostre non habuit ad emendacionem dicti furti, universitatem

eamdem aliter quam iustitia mediante compelli, fidelitati tue firmiter et distincte precipiendo mandamus quatenus dicti prioribus licteris nostris non obviis universitati predicte serves plene in illarum executione iustitiam ita quod inde contra Juris formam et Regulam non graventur. At ubi det negotii qualitas et exigentia facti quod ad emendationem dicti furti dicta universitas rationabiliter sit cogenda. Illud eam emendare ac resarcire Justitia mediante cohibeas de pecunia Juris decem tarenorum qui de exitura victualium in portu Baroli de promissione Curie nostre pro dicte universitatis necessitatibus exiguntur. Datum Neapoli in absencia Prothonotarii Regni Sicilie per magistrum petrum de ferreriis decanum Aniciensem Cancellarium dicti Regni anno domini MCCXCVIJI die XIIIJ octobris XIJ Indictionis. Regnorum nostrorum anno XIIIJ.

CXIV.

Anno 1298. 8 Decembre. 12ª Indizione — Napoli.

Carlo II ottiene dal pontefice Bonifacio VIII una dilazione pel pagamento di due anni del Censo dovuto alla S. Sede, e facoltà di poter vendere ed obbligare le gioie date in pegno alla Sede Pontificia.

Registro 1298. 1299. n. 95. fol. 155-156.

Karolus Secundus Dei gratia Rex Jerusalem Sicilie Ducatus Apulie et Principatus Capue Provincie et Forcalquerii comes. Tenore presentis Scripti notum fieri volumus Universis. tam presentibus quam futuris. quod obligatis iam pridem assignatis et traditis in pignore seu nomine pignoris. Apostolice Sedi. seu Summo Romano Pontifici. et Romane Ecclesie. sive per bone memorie Dominum Patrem nostrum. Sive per Nos. sive per tunc Baiulos Regni Sicilie. per ipsam Romanam Ecclesiam constitutos. sive per quoscumque alios. cuiuscunque conditionis et status existerint vel Ecclesiastici vel mundani pro auri Sedecim milibus Unciarum debitis ipsi Romane Ecclesie pro Censu dicti Regni duorum Annorum. iam diu pretoritorum Jocalibus pretiosis nostris de quibus fit infra distinctio et expressio Specialis. Sanctissimus in Christo Pater. et Clementissimus dominus noster Dominus Bonifacius divina providentia. Summus pontifex. tamquam pius pater et compatiens dominus Portans. Nos in paterne visceribus caritatis. considerata necessitate arta et valida qua urgemur circa presentis Guerre Negotia. Jocalia ipsa per manus venerabilis in Christo Patris. Sarraceni Melfiensis Episcopi. et Egidii de Follosa militis Cambellani dilectorum Consiliariorium et familiarium nostrorum quos ad id procuratores nostros statueramus et Nuncios fecit Nobis gratiose restitui et benignius resignari obligatione dicti Census duorum annorum ipsorum. in sua prima nichilominus Stabilitate manente factis nomine nostro per eosdem procuratores nostros. ex tradita ipsis proinde potestate. ipsi domino nostro Summo Pontifici et Romane Ecclesie. de receptione ipsorum Jocalium. recognitione et obligationis innovatione pro Censu predicto. quas puplicum inde factum continet Instrumentum cuius tenorem et seriem de verbo ad verbum Inseri presentibus Jussimus et transcribi. que talis est. In Christi nomine Amen. Anno a Nativitate Domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo octavo Indictione Duodecima. Die quarto mensis Octobris Pontificatus Sanctissimi Patris. Domini Bonifacii. Pape Octavi Anno quarto. In presentia mei Notarii et testium Subscriptorum. Venerabilis in Christo pater Dominus Saracenus. Episcopus Melfiensis. Et Nobilis vir

Dominus Egidius de Follosa miles. Serenissimi Principis Domini Karoli Secundi Dei gratia Sicilie Regis Illustris. Nuncii procuratores et negotiorum gestores. Sicut apparet per procuratoria patentia ipsius Regis munita Sigillo. Confessi sunt et recognoverunt Se habuisse et in veritate Recepisse coram me Notario et testibus Infrascriptis. Duas Coronas pretiosissimas de auro et lapidibus pretiosissimis. cum una cruce ornata lapidibus pretiosis et pernis grossis. et in utraque dictarum Coronarum est unum Ciberium. cum quatuor pedibus. et lapidibus pretiosis ac pernis grossis. Item Monile unum de auro Imperiale cum duabus Aquilis de auro pendentibus cum Saphiris octo grossis. Undecim Balatiis. et pernis grossis Triginta duabus. Item Camuele unum magnum inclusum in Auro. Item Monile unum de Auro. cum quatuor Saphiris uno balatio et quatuor pernis grossis. Item Monile unum de auro cum duobus Smaragdis duobus balatiis uno Camuele et quatuor grossis pernis. Item munile unum de auro cum quatuor grossis balatiis quatuor Smaragdis quatuor Saphiris et quinque grossis pernis. Item quatuor Frustra que ceciderunt de ornamentis. Item Dalmatia una Imperialis de Samito Rubeo operata Smaldis de Auro ad ymagines Imperiales Sedentes in Maiestate et Cruces albas cum pernis grossis de quibus in manica deficit unus Smaldus duodecim Balatiis. duodecim Saphiris et decem Smaragdis in parte Anteriori. ad pedes. Item in posteriori parte ad pedes totidem in lapidibus. Item in parte Superiori. Anteriori. Triginta duobus balatiis. Item in eadem parte sexaginta uno Saphiris. Item in eadem parte decem Smaragdis. Item in posteriori parte ad caput decem et octo balatiis. Item in eadem parte Sexaginta sex Saphiris. Item in eadem parte Septem Smaragdis. Item duo Sandalia cum Aquilis de Auro et cum pernis. ac castonibus de auro cum lapidibus pretiosis. Item Stolam unam Imperialem operatam per totum pernis grossis et Smaldis de auro. quorum quedam sunt ad ymagines Imperiales et alie ad cruces albas. Item Stolam aliam operatam per totum Smaldis cum ymaginibus et pernis et castonibus de auro cum diversis lapidibus pretiosis in quibus deficiunt duo Smaldi. Item pecias octo de Samito operatas ad pernas cum diversis lapidibus pretiosis. Videlicet. Saphiris et balaciis ac pernis grossioribus et diversis ad Aquilas pro munienda quadam Roba Imperiali. Item unam aliam peciam maiorem hiis de hocia de Samito Rubeo operatam cum pernis grossis cum Smaragdis ad Aquilas et aliis diversis Smaldis diversis operibus operatis. Item unum Cappellum de panno auri eburnito ad Aquilas cohopertum seu operatum per totum pernis grossis. Item unum Firmaculum de auro cum duobus balaciis uno parvo et alio grosso. aliis pernis et lapidibus pretiosis (1) procuratorio nomine dicti domini Regis nec non pro ipso et eius nomine A Sanctissimo Patre et Domino Domino Bonifacio divina providentia Sacrosancte Romane ac Universalis Ecclesie Summo Pontifice per manus Venerabilium in Christo Patrum Dominorum miseratione divina. M. Portuensis et Sancte Rufine Episcopi. N. tituli Sancti Laurentii in Damaso presbyteri. Et. M. Sancte Marie in Porticu Dyaconi Cardinalium assignantium eisdem. Episcopo et Militi dicti Regis nomine et pro ipso Rege de mandato ut dicebant prefati domini nostri Summi Pontificis et pro ipso ac Romana Ecclesia secundum formam. modum. conditionem et tenorem Infrascriptos prout dicti Episcopus et Miles inibi recognoverunt se ipsa recepisse dicti Regis nomine et pro eo videlicet quod supradicta sunt illa Jocalia et res pretiose que sive per clare memorie. Karolum primum Sicilie Regem. sive per ipsum dominum Karolum Secundum nunc per Dei gratia Regem Sicilie Illustrem. sive per Baiulos Regni Sicilie per Romanam Ecclesiam ordinatos. seu per quoscunque alios. cuiuscunque fuerit conditionis et status. Ecclesiastici vel mundani Apostolice Sedi. seu cuivis Romano Pontifici et Romane Ecclesie pignori obligata. tradita. et assignata fuerunt pro Sedecimmilibus

---

(1) Tutti questi oggetti preziosi erano dell' Imperiale tesoro di Federico II, di cui s'impadronì Carlo I di Angiò dopo la vittoria di Benevento contro Manfredi.

Uncis auri pro Censu Regni Sicilie duorum annorum diu est preteritorum qui debebatur et adhuc debetur Apostolice Sedi de quibus Sedecimilia Uncis auri ut dicti procuratores inibi asseruerunt fit mentio in prorogatione solutionis Census ultimo facta dicto domino Karolo Regi Sicilie Secundo per predictum dominum Bonifacium. Papam. prout hoc in litteris Apostolicis. supradicta prorogatione factis iidem contineri dicebant et Regio nomine recognoverunt expresse. verum imminente ipsi domino Regi Sicilie qui nunc est in presentium quasi Summe necessitatis articulo pro subventione pecuniaria facienda. Magnifico Principi Domino Jacobo Dei gratia Regi Aragonum Illustri eiusque genti tam Equitum. quam peditum et Armate. quos tenet in Insula Sicilie et circa partes illas. contra Nobilem Juvenem Fredericum de Aragonia fratrem suum et Siculos eius sequaces dictarum Ecclesie et Regis Sicilie adversarios et Rebelles. ad hoc ut tantum negotium Sic Magnifice ac vigorose assumptum Deo actore victoriose procedens. non deperat. nec ante consumatam victoriam dissolvatur dicto Regi Sicilie cum nulla Instantia Suplicate. ut ad subventionem huiusmodi faciendam redderetur habilior et facilius posset pro subventione huiusmodi pecuniam Invenire. Prefatus Summus Pontifex ad faciendum eidem gratiam in presenti Instrumento contentam de Jocalibus et Rebus predictis Clementer suum animum inclinavit. videlicet. ut Rex ipse per se. vel per alios quos ad hoc specialiter deputabit. possit dicta Jocalia sive res. dicte Sedi ut premittitur obligata. non obstante obligatione huiusmodi venditionis pignoris seu quovis alio alienationis legitime titulo distrahere et obligare pro habenda pecunia pro solutione predicta. propter quod dicti Episoopus et Miles dicti Regis nomine. et pro eo promiserunt per Stipulationem Sollempnem eisdem Cardinalibus nomine Domini Pape et Romane Ecclesie Recipientibus omnia bona mobilia et immobilia dicti Regis pignori obligando. Ipsum Regem facturum et positurum pecuniam que quoquomodo. ex Jocalibus seu Rebus ipsis provenerit in subventionem predictam faciendam Regi Aragonum predicto et non alibi. Hoc acto inter ipsum Dominum Summum Pontificem Cardinales et procuratores predictos expresse. quod siqua ex Rebus. seu Jocalibus memoratis occasione huiusmodi non contingeret distrahi vel obligari in illa ipsi Sedi Apostolice Intelligantur remanere obligata pignori sicut prius pro Censu dictorum duorum annorum predicto et ea restituere dicte Sedi ac remittere congruo tempore teneatur. Si vero ipsa obligari contigerit vel distrahi occasione predicta totaliter vel pro parte illa que sic distrahi vel obligari contigerit. Intelligantur absoluta ab obligatione pignoris supradicti. Set Rex Suique heredes in Regno ad solutionem Census totalis dictorum duorum annorum Nichilominus teneatur sub conditionibus atque penis spiritualibus et temporalibus in concessione Regni Sicilie Sibi facta contentis. Salvis prorogationibus datis vel dandis per dominum Summum Pontificem dicto Regi. Si vero totaliter vel quasi res seu Jocalia supradicta distrahi vel obligari contigerit occasione predicta. tunc dicta obligatio pignorum facta Sedi Apostolice pro quantitate predicta erit extincta. Si vero particulariter dicta obligatio pignorum quantum ad ea que non fuerint distracta vel obligata in suo Robore perdurabit. Set quantum ad distracta vel obligata. erit sublata ipsa obligatio pignorum ut supradictum est. Ita quod Ecclesia. conservetur indempnis. In dictis vero Jocalibus duo vel tria Smalta desunt et hactenus defuerunt. dictique Episcopus et Miles procuratores recognoverunt omnes Res et Jocalia que dicte Sedi obligata fuerunt. pro Censu dictorum duorum annorum Se Integre recepisse et ea Sibi Integraliter restituta fuisse. ipsius Regis Sicilie nomine. absque diminutione. seu defectu. et plenariam quietationem. remissionem. et refutationem. facere pro ipso dictis Dominis Cardinalibus et Michaeli Notario Infrascripto tamquam puplice persone. recipientibus pro memorato domino Summo Pontifice et Romana Ecclesia. Et vocaverunt Se super dictis Jocalibus sive Rebus sic receptis bene contentos. tacitos ac pacatos. et promiserunt nomine quo supra quod Rex Sicilie prefatus volet et consentiet quod per predicta vel aliquid eorumdem nulla immutatio vel

minutio fiat in conditionibus sive pactis vel aliis contentis in concessione Regni Sicilie. facta per Apostolicam Sedem Clare memorie Karolo patri suo. nec non in concessione facta per eadem Sedem Sibi Regi Karolo Secundo Renuntiantes in hiis omnibus predicti procuratores excettioni de non sic sibi datis et assignatis predictis Jocalibus et rebus. doli. accioni in factum. conditioni indebiti et sine causa privilegio Crucis et fori indulcto Crucesignatis et Crucesignandis concesso et concedendo omni tempore feriato et quadrimestri. quod condempnatis Indulgetur ad solvendum. Beneficio restitutionis in integrum. cuilibet appellationis remedio. omni Privilegio. Clericatus et dinnitatis omni consuetudini. et statuto. Juri revocandi demum nove constitutionis beneficio et Epistole divi Adriani et legi de duobus vel pluribus reis debentis contradictioni litterarum. conventioni locorum et Judicum. omnibus litteris. privilegiis. Indulgentiis et gratiis Apostolicis impetratis et Impetrandis constitutionibus de duabus dietis edite. concilio generali. ac facte per dictum Dominum Summum Pontificem qua cavetur ne quis extra suam Civitatem et dyocesim possit per litteras Apostolicas ad Judicium Encitari. Petitioni et oblationi libelli et copie presentis Instrumenti omnisque alterius actionis et defensionis beneficio et omni Juris Canonici vel Civilis ausilio generali. et speciali. Reali. et personali quod contra predicta vel aliquid predictarum posset in posterum aliquomodo obici vel opponi. Promiserunt insuper iidem procuratores nomine dicti Regis Sicilie quod Infra duos menses proximo venturos. Dominus Rex Sicilie predictus omnia que Episcopum et Militem supradictos. confessata. recognita. dicta. promissa. facta et refutata. sunt. rata et firma habebit. Confitebitur recognoscet. dicet. promittet. faciet. et refutabit atque servabit per se vel alium seu alios contra non veniet. nec suum prestabit assensum. Et super hoc suas Patentes litteras Aurea Sua Bulla bullatas Continentes totum tenorem presentis Instrumenti. prefatis Domino Summo Pontifici et Romane Ecclesie infra predictos duos menses faciet efficaciter assignari alioquin quicquid gratiose prefatus Summus Pontifex eidem Regi Sicilie supradictis Jocalibus seu rebus destrahendis sit vacuum. Irritum et inane. et ipse Res et Jocalia ipsi Sedi sicut prius remaneant premissis. nequaquam obstantibns obligata. Rexque ipse Sicilie. ipsa ad Apostolicam Sedem sine more dispendio cum plena securitate transmittat ipsaque faciat dicte Sedi Integraliter assignari tenenda ut prius quousque fuerit dicte Sedi de Censu dictorum duorum annorum plenarie satisfactum. Actum Reate in domo Reverendi Patris Domini. N. tituli Sancti Laurentii indamaso Presbyteri Cardinalis presentibus venerabile Patre Domino Johanne Episcopo Ravellense. Nicolao de Benefacta Archidiacono de Caceho in Ecclesia Loxoniensi. Folcone de Boeneyo Scolastice Ecclesie cenomanensi. Petro Beraldi Canonico Ebreciense. Domino Guillelmo Extendardo milite Regis et Marescallo Regni Sicilie. testibus vocatis et Rogatis. Et Ego Petrus de Caffo pergameno autoritate Apostolica et Imperiali et nunc Camere Domini Pape Notarius. missus Regis et Judex ordinarius omnibus predictis cum agerentur Interfui et Rogatus puplicavi et scripsi meoque Signo consueto Signavi. Et quia donum gratiose. gratitudo decorat. Nos magnam plenam et uberem factam nobis de ipsorum restitutione Jocalium per Ipsum dominum nostrum prerogativam gratiose annoscentes. predictas promissionem. recognitionem. ypothecationem. obligationem. Innovationem. refutationem et renuntiationem. factas circa premissa et quolibet eorumdem per Ipsos nostros procuratores et nuntios tamquam de nostro beneplacito. Rite factas et alia in ipso Instrumento contenta de certa nostra scientia expressius acceptamus. Ratificamus. approbamus et etiam confirmamus. In cuius rei fidem memoriam et cautelam. Presens scriptum fieri et pendenti Aurea Bulla nostre Maiestatis impressa typario iussimus communiri. Data. Neapoli in absentia Prothonotarii Regni Sicilie per Magistrum Petrum de Ferreriis Decanum Aniciensem Cancellarium dicti Regni Anno Domini. M°. CC. XCVIIJ°. Die Octavo Decembris XIJ° Indictionis.

CXV.

Anno 1299. 5 Gennaio. 12ª Indizione — Napoli.

Carlo II invita le Università del Reame a spedire nella città di Napoli i rispettivi rappresentanti con pieni poteri, per provvedere a' bisogni dello Stato, ed alla sua quiete.

Pergamene di Barletta nell' Archivio di Stato di Napoli. Fascio 4 n. 278.

Karolus Secundus dei gratia Rex Jerusalem et Sicilie ducatus Apulie et Principatus capue provincie et forcalquerii comes. Universis hominibus Baroli dilectis fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. firma fides sincera devotio et inconcussa fiducia fidelium Regni nostri Sicilie non paucis recensenda sermonibus et per exemplaria documenta in exemplum laudabile posteris relinquenda, sic sunt exhibicionis claritate notoria ut ea demonstrare vel specificare sit frustra. Potest autem in summa unum pro multis generaliter exprimi quod ipsorum mentes invictas non periculum terruit non fames non vastitas nec concussit gladius et a debite naturalitatis terminis quecunque irruens persecucio non commovit. quin pocius cum casus calamitas amicos terreat et evertat, ipsarum fidelium infermentata sinceritas eo se validius et operosius extulit, quo ardentius et importunius angustia temporis et fremitus tempestatis excrevit. Unde factum est assistente Regis eterni dextera nostra non desinente sollercia curis anxiis indefessisque laboribus quod hostium fremens et nocens lascivia citra farum iam pro maiori parte fugata cessavit. et in locum tanti turbinis successit inibi respiratio quedam votiva quietis. Carissimus etiam filius noster dominus Jacobus Rex Illustris Aragonum cum militari et mediterraneo gentis exforcio ac classe patenti insulam nostram Sicilie sic patenter et potenter invasit quod etiam ubi ostinatam rebellionem continuet indurata protervia per urgentis belli presidium salutis auctore previo cedet victoribus et vanis infatuata consiliis forciori brachio allisa succumbet. Verum quia prosecutio tam grandis negocii bonum publicum privatumque respiciens profunda consilia exigit et ampla subsidia de necessitate requirit prefatas fideles quas ipsa cause connexio et eiusdem sortis eventus nostros facit esse consortes. ad huiusmodi participium specialiter providimus evocandos. ut cum eis investigamus oportuna consilia, modos perscrutemur et eius per quas ipsa prosecutio incassum non redeat set proficuis incrementis continuata concrescat. Quocirca fidelitatem vestram. evidenti demonstratione probata requirimus, et artamur actente, nihilominus iniungentes quatenus immediate post receptionem presentium quatuor de melioribus fidelioribus et magis expertis universitatis vestre cum expedienti cautela consilii eligentes ipsas cum decreto electionis eorum ad nostram presenciam ubicunque fuerimus destinare curetis. Ita quod in festo purificationis Beate virginis futuro proximo inibi sint presentes. habeantque per syndicatum ipsum posse legitimum tractandi, providendi, disquirendi, et investigandi vias modos atque consilia quibus ipsa prosecucio quatenus permictitur humano iudicio prosperetur. et firmandi ac obligandi universitatem ipsam in hiis, et super hiis que ipsarum et aliorum ibi conveniencium circa prosecucionem ipsam, agenda inspectio saniorio consilii suadebit. per que virtute Altissimi nostrum comitante propositum sedatis scandalis succisis turbinibus fluctibus quietatis vobis ceterisque fidelibus participibus utique laborum et onerum et consortibus discriminum graviorum arrideat pacis amenitas, tranquillitas gentis accedat et restauracio placida sic ruinas impleat, occupata restituat, obligua rectificet neglecta disponat, et vastata restauret, quod non solum nostris vestrisque temporibus per suave benignumque dominium gaudeatis in placidis set vestra posteritas percurrentis evi spacia

letetur feliciter in futuris. Datum neapoli per Bartholomeum de Capua militem logothetam et Prothonotarium. Regni Sicilie anno domini MCCXCVIIII die V°. Januarii XII° Indictionis Regnorum nostrorum anno quartodecimo.

CXVI.

Anno 1299. 12 Gennaio. 12ª Indizione — Napoli.

Carlo II ordina ritirarsi la vecchia moneta.

Registro 1298. A. n. 90. fol. 118.

Karolus Secundus. Dei gratia Rex. Jerusalem et Sicilie Ducatus Apulie et Principatus Capue Provincie et Forchalquerii Comes. Justitiario Terre Laboris et Comitatus Molisii fideli suo gratiam Suam et bonam voluntatem. Cum de Beneplacito nostro procedat. ut parva nova denariorum moneta quam nuper in Sicla nostra Neapolis ad utilitatem et comodum fidelium. Regni nostri predicti. sub certa forma fieri mandavimus. atque cudi. Regalibus veteribus et tornesellis. ac quibuslibet aliis parvis monetis que in eodem Regno expendebantur hucusque sublatis. ubicumque per idem Regnum solummodo in subscripta forma reci debeat et expendi. fidelitati tue precipiendo mandamus Sub pena Unciarum auri quinquaginta a te Si secus inde feceris irremisibiliter exigenda quatenus per singulas terras famosas Jurisdictionis tue predicte facias voce preconia puplice divulgari quod nullus expendere in pagam recipere vel cambire aliam parvam monetam. quam supradictam novam quoquomodo presumat. Set quilibet novam monetam eandem expendat atque recipiat sive in Cambium sive offeratur in pagam ad rationem de denariis quatuor. eiusdem nove monete. pro grano uno. et solidis sex et denariis octo pro tareno. quodque nullus aliam parvam monetam. quam novam predictam tenere audeat in loco quocunque nisi per medium incisam. Siquis vero monetam parvam aliam quam novam predictam. expendere. Cambire. vel tenere non incisam per medium ausus fuerit. pro quolibet denario cuiuscunque parve monete alterius quam nove predicte expenso in Cambium exhibito vel penes eum invonto forsitan non inciso. grana auri quinque in penam temeritatis sue. tibi pro parte Curie nostre solvere teneatur. de qua delatori pene huiusmodi tertiam partem postquam exacta fuerit pena ipsa per te volumus exhiberi. Reliquis duabus partibus aput te pro parte Curie remansuris. in cuius pene recompensationem si solvendo non inveneris transgressorem. mandati nostri predicti ut transgressor idem luat in corpore ipsum in terra in qua deligerit. mandes et facias fustigari. simili pena plectendo quocumque qui monetam novam predictam recipere. tenuerit. sive in Cambium sive offeratur in pagam ad rationem predictam adiciatur etiam in banno predicto. quod quicunque voluerit predictos Regales veteres per medium incisos ut predicitur deferre ad vendendum in Sicla nostra predicta solvetur eidem pro ipsorum pretio ad rationem de tarenis quinque et grana decem et septem per libram in pondere Regalium eorumdem vel de Regalibus Sexaginta quatuor per tarenum. venditori super hoc electione servata. facturus fieri de divulgatione dicti mandati nostri cum forma presentium duo puplica consimilia Instrumenta quorum uno penes te retento Reliquum statim Magistris Rationalibus Magne Curie nostre studeas destinare. Et qua Thomasio de Paulo de Magdalono per nostram Curiam est commissum. ut certam quantitatem dicte monete cambire debeat in terris subscriptis videlicet Magdaloni. Caserte. Nole et Cicale et Summe de Jurisdictione tua predicta. tibi sub pena predicta subiungendo precipimus ut ad requisitionem ipsius in cambienda dicta pecunia quam celerius fieri poterit assistas eidem auxiliis et consiliis oportunis ad cuius pene cambium

faciendum si expediens fuerit campsores dictarum terrarum per omnem cohertionis modum compellere non emittas. Datum Neapoli per Magistros Rationales etc. Anno domini M°. CC°. XCVIIIJ°. Die XIJ° Januarij XIJe Indictionis Regnorum nostrorum anno quintodecimo.

Die XVIIIJ° Januarij XIJe Indictionis ibidem.
Similes facte sunt usque Studeas destinare
Die XVIJ° Januarii XIJe Indictionis ibidem
Symiles facte sunt Capitaneo Gaiete
et Justitiario Terre Laboris prout in
litteris nomine Johanne Marchusasiani.

Justitiario Aprutii Ultra
Justitiario Aprutii Citra
Justitiario Principatus
Justitiario Capitinate
Justitiario Basilicate
Justitiario Terre Bari
Guillelmo Cavasilice Capitaneo Pesti

CXVII.

Anno 1299. 2 Luglio. 12ª Indizione — Napoli.

Carlo II provvede ad un ricorso fatto a lui dagli abitanti della piazza di S. Maria Maggiore della città di Napoli, riguardante la contribuzione delle collette.

Registro 1299. A. n. 96. fol. 145 t.

Scriptum est Capitaneo Civitatis Neapolis vel exequtoribus fiscalium collectarum ibidem presentibus et futuris etc. Querela gravi Universi populares homines de platea Sancte Marie Maioris de Neapoli fideles nostri noviter in Maiestatis nostre presentia murmurarunt quod licet antiqua et huc usque servata consuetudo dicte Civitatis hoc habeat Ut in platea qua quis moratur et habitat. ibi conferat in collectis. Notarius tamen Landulfus de blasio habitator et Incola eiusdem platee. in qua et domum habet propriam et familiam suam tenet. certis malitiosis utens versutiis ut se subtrahat a contributione in collectis fiscalibus cum hominibus memoratis et alibi conferat ubi nec habitat nec moratur sub variis interdum calumpniis et calumpniosis pretextibus procuravit mandari dictis hominibus quod cum ad contributionem secum non cogerent memoratam. Immo inde per certas occasiones adhibitas nostras ad Capitaneos Neapolis litteras impetravit. Quo factum est quod eo se taliter a contributione huiusmodi subtrahente onus contingens eum de contributione prefata dictis hominibus contra iustitiam remanet et incumbit in eorum grave dispendium et iacturam. Super quo provisionis nostre Remedium cum supplici extitit devotione petitum Quia ergo minus iuste fit cum singulariter aliqui respuunt quod generaliter observatur vel quod diuturni mores usu comprobati utenim tenent ledunt. fidelitati vestre de certa nostra scientia districte precipimus et expresse mandamus. quatenus Constito vobis summarie de plano et absque Judicii strepitu de consuetudine memorata et quod dictus Notarius Landulfus in predicta platea Sancte Marie Maioris moretur et habitet eum non obstante mandato quocumque contrario vel processu omni cohercione qua expedit compellatis. ut cum hominibus eiusdem platee Sancte Marie Maioris in singulis fiscalibus exactionibus oneribus aliis et collectis conferat et contribuat iuxta suarum exigentiam facultatum. Ita quod inde vobis ulterius scribere non cogamur. Presentes autem litteras postquam eas in quantum fuerit expediens Insponenti pro cautela restitui volumus presentanti efficaciter in antea valituras. Datum Neapoli per Bartholomeum de Capua militem etc. Die secundo Julii. XIJe Indictionis Regnorum nostrorum anno XV°.

CXVIII.

Anno 1299. 2 Luglio. 12ª Indizione — Napoli:

Carlo II fa trasportare nella città di Napoli i Registri che stavano nel Castello di Melfi.

Registro 1299. B. n. 98. fol. 197.

Karolus secundus etc. Guillelmo de Ponciaco militi et Andreie de Ysernia Juris Civilis professoribus Magne Curie nostre Magistris Rationalibus dilectis Consiliariis familiaribus et fidelibus suis etc. Cum beneplaciti nostri sit ut quaterni et Registra omnia Curie nostre de tempore silicet Domini clare memorie Domini patris nostri que in Castro nostro Melfie conservantur, in quibus continentur nomina et cognomina Comitum et Baronum et Feudatariorum Regni nostri Sicilie, Castra et feudalia bona in capite et immediate a Curia nostra tenentium. nec non monstra facta, ac pecunia per eos pro adohabento seu feudali servitio tempore predicto soluta querantur ; et inveniantur , ac abinde Neapolim deferantur , fidelitati vestre precipimus quateaus visis presentibus unum de auditoribus Rationum Curie nostre deputatis vobiscum, quem ad id sufficientem et ydoneum videritis ad Castrum ipsum cum omni celeritate qua expedit transmittatis, qui quaternos et registra p̃redicta querat , et inveniat , ac abinde illa extrahat seu extrahi faciat deinde per vos aput Neapolim cum iustis et moderatis expensis de pecunia proventuum dicti officii rationum auctoritate presentium faciendis sine dilatione aliqua trasmittenda. Nos enim Castellano dicti Castri Melfie per alias nostras iniungimus litteras, ut illum quem ad Castrum ipsum pro negotio predicto vos ambo vel alter vestrum miseritis, dictum Castrum intrare, ac quaternos et Registra predicta querere et invenire, ac abinde illa extrahere iuxta requisitionis vestre litteras sibi propterea destinandas sine aliqua contradictione permittat. et pro sui cautela inde sufficiens scriptum recipiat ab eodem continens Quaternos et Registra ipsa, ac tempus et indictionem ipsorum. Datum Neapoli per Magistrum Rationalem etc. Die IJ° Julij *X*IJ° Indictionis.

CXIX.

Anno 1299. 5 Luglio. 12ª Indizione — Napoli.

Carlo II ordina al Giustiziero dello Studio Napoletano di fare esaminare in pubblico Oberto de *Capite Pontis* di Brescia nel dritto civile, essendo stato già approvato nel particolare esame, e se verrà approvato, con le consuete solennità lo ammetta a reggente in quello Studio.

Registro 1299. A. n. 99. fol. 189 t.

Scriptum est Marino Caraczulo de Neapoli militi Justitiario scolarium Neapolitani studii et Ligorio Buccaplanule diacono Neapolitano Juris Civilis profexori fidelibus suis etc. Justitiam de Celo creavit altissimus ipsamque dotavit refulgentibus radiis claritatis ex quibus tanta refulgentia splendoris irradiat ut per ipsos virtutes cetera pictare

quadam figuratione reluceant et preter ipsarum bonitatem accedat meritum. cum dignus sic sua mercede laborans et vice probabilis honor accrescat cum sic honorificentia meritus qui actus suos semper in melius reformavit. cum igitur Obertus de Capite Pontis de Brissia ut meliorum habet assercio ab annis teneris doctrinam excipiens et totum stadii exercitio se conformans in Juris Civilis scientia longo Jam tempore sudarit et alserit iamque optari finis metas attingerit ut magistralis honoris titulum meruisse credatur et olim ad mandatum primogeniti nostri Carissimi Roberti Calabrie Ducis et in Regno Sicilie vicarii generalis examinatus ut moris est in privato examine inventus sufficiens asseratur prout testimoniali scripto Magistri Symonis Archidiaconi Capuani vicemgerentis in Neapolitano studio Magistri Petri de Ferreriis decani Aniciensis Regni Sicilie Cancellarii dilecti Consiliarii et familiaris nostri nec non quondam Gualterii Caputi militis tunc Justitiarii Scolarium dicti Studii aliorumque doctorum Juris Canonici et Civilis assignato In Curia plene patet fidelitati vestre precipiendo mandamus. ut tu predicte Justitiarie congregatis in unum tam doctoribus quam scolaribus dicti Juris qui sunt in Neapolitano studio memorato dictum Obertum examinari publice facias et si sufficiens in dicto Jure Civili fuerit ex ipsa puplica examinatione compertus tu prefate Ligori loco et vice predicti Cancellarii qui implicitus aliis ad ista nequid intendere licentiam ei regendi in eadem scientia tribuas et lubricum cum consuetis sollempniis benedictionis impendas ut ex hoc provendus rei puplice status honorificata ampliatione concrescat et dictus Obertus in sui laboris premium decus et laudem rationabiliter consequatur. Datum Neapoli per Bartholomeum de Capua etc. Die V° Julii XIJ° Indictionis.

CXX.

Anno 1299. 18 Luglio. 12ª Indizione — Napoli.

Carlo II concede de' privilegi nel regno di Napoli a' Catalani ; quali privilegi furono in seguito confermati da re Roberto e poi da Giovanna I.

Registro 1346. C. n. 353. fol. 13 t.-14.

Johanna etc. Tenore presentium notumfacimus Universis earum seriem inspecturis tam presentibus quam futuris. Quod nuper Berterandus Mercaterii Consul Cathalanorum in Civitate Neapolis Excellentie nostre quasdam patentes litteras Clare memorie domini Avi nostri Jerusalem et Sicilie Regis Illustris cum inserto tenore cuiusdam indulti recolende memorie domini proavi nostri Jerusalem et Sicilie Regis incliti concessi Cathalanorum consulibus in dicto Regno Sicilie degentibus subscripte per omnia seriei. Robertus dei gratia Bex Jerusalem et Sicilie Ducatus Apulie et Principatus Capue Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis Comes Universis presentis indulti seriem inspecturis tam presentibus quam futuris. Que sub generalitate quadam plerumque sunt confuse concessa ut tollatur inde ambiguitatis nodus et esset cuiuslibet contestationis anfractus in Specialitatem certam deducimus in illam provisius declaramus. Sane Symon Virgilii de Maioricis pro Inclito Principe Jacobo Rege Illustre nepote nostro carissimo Consul in Regno nostro Sicilie habuit nuper petitio data nobis quod Clare Memorie dominus Carolus Secundus Jerusalem et Sicilie Rex Illustris reverendus dominus genitor noster Cathalanorum nationi genti et lingue suum concessit Indultum subscripte per omnia seriei. Carolus Secundus Dei gratia Rex Jerusalem et Sicilie Ducatus Apulie et

Principatus Capue Provincie et Forcalquerii Comes Universis presentis indulti seriem inspecturis tam presentibus quam futuris. Magnificentia Regis est multiplicatio populi et exaltatio principis ampliatio Regni ad cuius considerationis intuytum mentem libenter nostram et animum amplicantes Regni nostri Sicilie incrementa diligimus et aggregationes in Christo fidelium gentium affectamus. Ecce quidem temporibus Seculi et diebus annorum sua voluntate currentibus casum dedit quod Cathalanorum natio gens et lingua cuius est Princeps et dominus atque caput dominus Jacobus Rex Aragonum Inclitus filius noster carissimi qui ad nos filialis zelo dilectionis inductus super humeros suos suscepit guerre negotium contra hostes nostros et rebelles siculos immo et contra Fridericum de Aragonia fratrem suum qui Insulam ipsam Sicilie occupat sudores bellicos et labores immensos subest et subii indefesse in ipsum Regnum Sicilie declinarent que post variorum cursuum gustatos eventus dicti Regni nostri dilecte dulcedine conversationem comerciorum et negotiationem diversorum sine mora inibi elegerunt. Verum gens ipsa et natio cogitantes quod est necessarium advenis in alicuius nationis zona seu patria sub certe notitie distinctione manere Maiestati nostre humiliter supplicavit ut observationis certa Capitula eis ad remotionem omnes imposterum dubii gratiose concedere dignaremur ad quod pro intuytu et honore ipsius Regis Aragonum qui nationem ipsam huc usque produxit ex mera benevolentia benignitatis inducti eis infrascripta concedimus de certa nostra scientia et gratia speciali. In primis ut possint in terris famosis Regni nostri predicti Consulem habere imperpetuum cum serviente ac macza qui in Civibus causis inter Cathalanos cognoscere debeat et quod siquis Cathalanus iustitiam Sibi fieri ab aliquo postulet Cathalano non teneantur illi respondere in aliqua Curia nisi coram Consule memorato. Quodque Consul ipse de Iniuriis citra sanguinem inter illos si agatur Civiliter iustitia mediante cognoscere possit etiam Consul ipse notarius eius et unus tantumodo serviens arma impune deferre prohibitione in contrarium non obstante Concedimus etiam et sufficere volumus quod Singuli Cathalani venientes per mare cum vassellis eorum ad terras dicti Regni maritimas successive fideiussores de non eundo vel non portando grassam ad terras inimicorum nostrorum sive Magistris Rationalibus Magne Curie nostre residentibus in loco applicationis eorum sive dohaneriis dicti loci dent homines Cathalanos applicandos per huiusmodi Consulem vel alias dent in fideiussorem ipsum Consulem si sic maluit preterea si aliquod ex vassellis eorum contingat pati naufragium nullum Jus penitus in eodem sibi volumus nostram Curiam querere nec patronum vascelli sic naufragi aut mercatorem alium Cathalanum qui mercimonia vel arnesium habuerunt in eodem impetere vel vexare propterca quoquomodo. Concedimus quoque quod siquando inter Cathalanos briga aut Rissam in mari extra portum terre vel loci predicti Regni suborte contingerit Rissosos huiusmodi nostri officiales arrestent et capiant et eos esse deinde constito Cathalanos assignentur Cathalanorum Consuli mittendi per ipsum ad Regem Aragonum et qualitate criminis puniendi sine preiudicio tantum et derogatione officii Regiis Sicilie Ammirati. Ceterum quia quicquid in rebus agatur humanis mors omnia mordet presentis indulti tenore concedimus ut siquando accidat in locis et portubus dicti Regni Cathalanum mori aliquem intestatum cui heres aut successor legitimus alius nullus appareat bona eius teneantur mense uno per officiales nostre Curie qui inibi fuerint arrestata et si infra dictum mensem appareat vel aliquis Creditor defuncti prefati vel constet bona ipsa fore nostre Curie obligata tradantur eidem Consuli ad opus heredum defuncti insuper Consuli Cathalanorum ipsorum lictere concedimus ut siquando per eum a loco vel terra Consulatus sui recedere vel abesse contigerit occasione servitiorum sive nostrorum sive dicti Regis Aragonum sive imminentium aliorum alium fidedignum in Consulem substituat et ordinet loco sui potestatem in terra quam ipse habebat similem habiturum. Ita tamen quod de voluntate et electione Cathalanorum ibi presentium substitutio et ordinatio ipsa fiat

Porro si contingat interdum quemquam de Cathalanis ipsis aliqua in terris et locis Regni predicti habere mercimonia que forent nostre Curie oportuna nisi forsan essent sal ferrum aczarum pix seta aurum in virgis vel argentum pro Sicla Mercatori Cathalano videlicet cuius erant dicta mercimonia illa contra voluntatem eius nullatenus auferantur nisi pro illo valore vel pretio quo privatis aliis vendi possent ac ubi officiales nostre Curie Mercatorem talem assignare ipsa mercimonia ipsa sua pro minori quam vendi valeant pretio arceant vel infestent liceat dicto Mercatori alio mercimonia ipsa transferre quo libeat sine solutione aliqua Juris Curie vel dirictus In cuius testimonium presentes litteras exinde fieri et pendenti Maiestatis nostre Sigillo iussimus communiri. Datum Neapoli per Bartholomeum de Capua Logothetam et Prothonotarium Regni Sicilie anno domini M° Ducentesimo nonagesimo nono die octavo decimo Julii duodecime Indictionis Regnorum nostrorum anno quintodecimo.

Sicut autem prefati Consulis Maioricarum Regis Illustris habet expositio facta nobis dum de negotiis Maioricanorum ipsorum et aliorum Cathalanorum.

CXXI.

Anno 1299. 31 Luglio. 12ª Indizione — Napoli.

Carlo II provvede ad un ricorso degli abitanti della piazza d' Arco nella città di Napoli, riguardante la contribuzione delle collette.

Registro 1299. A. n. 96. fol. 166 il 2°.

Scriptum est. Capitaneis Neapolis. presentibus et futuris etc. Pro parte hominum popularium platee Arcus de Neapoli nostrorum fidelium fuit nuper expositum coram nobis. quod quidam Laynus Uxoratus nomine Jacobus Zalonus de dicta platea in collectis subventionibus et oneribus aliis que eiusdem platee hominibus pro tempore per nostram curiam imponuntur eo pretextu cum dictis hominibus contribuere renuit per suarum viribus facultatum. quod se et omnia bona sua congregationi Ecclesie Sancte Marie Maioris platee ipsius contulit et donavit. Usufructu tamen omnium bonorum suorum in vita sua sibi et uxori sue integre reservatis. Verum cum id in preiudicium dictorum hominum cedat. pro parte ipsorum fuit nobis humiliter supplicatum ut providere exinde sibi de oportuno et iusto Remedio dignaremur. Quibus supplicationibus utpote iustis benignius exauditis volumus et fidelitati vestre districte precipiendo mandamus quatenus si premissis veritas suffragatur tam tu presens Capitaneus quam vos alii successive futuri prenominatum Jacobum ad contribuendum cum aliis dicte platee hominibus in collectis subventionibus et oneribus aliis supradictis pro viribus facultatum suarum omni qua expedire videritis distinctione orta et debita autoritate presentium compellatis. Ita quod ulterius inde vobis scribere non cogamur. presentibus post convenientem inspectionem earum remanentibus presentanti. efficaciem inantea valituris. Datum Neapoli in absentia etc. per Magistrum Petrum de Ferrerio etc. anno domini M.° CC.° XCVIIIJ.° die ultimo Juliis XIJ° Indictionis Regnorum nostrorum anno quintodecimo.

CXXII.

Anno 1299. 31 Ottobre. 13ª Indizione — Napoli.

Carlo II fa battere in Napoli i Carlini di oro col suo nome.

Registro 1299. B. n. 97. fol. 84 t.-85.

Scriptum est Lippo Yldebrandini de Florentia de societate Bardorum Cabelloto utriusque Sicle Neapolis Carolensium argenti et parve nove denariorum monete fideli suo etc. quia nuper de cudendis Carolensibus auri in Sicla Neapolis modo et forma subscriptis tibi per nostram curiam imperturi licentiam postulasti offerens proinde te nostre curie soluturum pretium subdistinctum. Nos attendentes in hoc utilitatem nostre curie procurari volumus et tibi presentium tenore concedimus et mandamus. quod in predicta Sicla auri cudi facias cum notitia et conscientia Marci de Brundusio Magistri probe dictarum Siclarum nostrarum per quem probam et assagium debitum de eisdem Carolensibus auri fieri volumus et Jubemus. necnon Egidii de meldis clerici et familiaris nostri credencerii dictarum Siclarum et notarii Adohardi imbisce de Neapoli quos ad id duximus statuendum usque ad nostrum beneplacitum. huiusmodi Carolenses auri intitulandos nostro nomine in maiori que in eadem Sicla laborari et cudi poterit quantitate. Ita videlicet quod de Singulis quatuor Carolensibus auri cudendis de auro scilicet Florenorum. Carolensium. Ragonensiùm. Parisinensium et Venetorum si auri fieri existant. grana auri decem necnon de Singulis etiam quatuor Carolensibus auri cudendis similiter de quocunque alio auro affinando et reducendo ad tenutam Carolensium aureorum. grana auri quindecim nullis expensis pro ipsorum factura et Cusura vel alio quovis modo nostre Curie computandis iuxta promissionem et conventionem proinde inter te et curiam nostram habitam ipsi nostre curie solvere tenearis volumus tamen quod Carolenses auri predicti Cudendi sint talium forme ponderis et tenute quorum fuerunt Carolenses auri facti et cusi olim iuxta ordinationem karissimi domini patris nostri memorie recolende. precipimus etiam quod ad exercitium dicte Sicle personas sufficientes et necessarias de Regni nostri fidelibus quas gaudere volumus Immunitatis privilegio personis aliis laborantibus in Siclis predictis per Maiestatem nostram indulto deputare precures sub competenti mercede. seu salario consueto nostre tamen curie minime computandis Ipsos fideles nostros ad id si expedierit cohertione qua convenit compellendo. postquam vero per predictum Magistrum probe dictorum Carolensium auri proba facta fuerit et aprobata tu non tenearis seu aliquis alius per te ad ipsius Sicle ministerium deputandus de tenuta ponderis. seu aliqua alia causa que opponi possent in Carolensibus ipsis per quam dici posset mala moneta et exinde tu et statuendis prefatus Sitis liberi et ab omni impedimento exempti cum de premissis omnibus dicto magistro probe nostra curia totaliter Initamur (1). facturus fieri de cotidiano labore et factura Carolensium auri predictorum cum distinctionibus oportunis. quaternum unum quem sub Sigillo tuo Singulis duobus mensibus in ratione tua inde ponenda coram

---

(1) Queste stesse cose fin qui a parola e nello stesso giorno 31 di ottobre 1299 sono da Carlo II scritte a Marco da Brindisi *Magister probe Syclarum Carolensium argenti et parve nove denariorum monete* suo fedele; e quindi prosiegue: *quas quidem probas et assagia per te taliter facienda de Carolensibus auri supradictis per te reponi volumus in Uno Sacculo cum Notitia et conscientia predictorum Egidii et Notarii Adohardi sigillando Sigillis ipsorum et tui ut cum opus fuerit Curia nostra de dictis probis et assagiis plenarie informetur. Sciturus quod de omni dolo negligentia et defectu que forsan inveniri posset in factura Carolensium auri predictorum nec non assagiis et probis predictis tibi nostra Curia ut predicitur inherebit.*

Magistris Rationalibus. Magne Curie nostre Neapoli residentibus dilectis consiliariis familiaribus et fidelibus nostris pro parte nostre curie volumus assignari ut debita collatio inde fiat. Datum Neapoli per Magistros Rationales. Die ultimo octobris XIIJ° Indictionis.

CXXIII.

Anno 1299. 26 Novembre. 13ª Indizione — Napoli.

Carlo II presceglie Maestro Giovanni de Simone a medico dell'ospedale di S. Maria di Tripergole.

Registro 1299. n. 100. fol. 72.

Scriptum est Gualterio Falconerio de Neapoli militi Capitaneo et Castellano Putheoli fideli suo etc. Providimus noviter et fidelitati tue presentium tenore precipimus ut omnia iura redditus et proventus Civitatis nostre Putheoli. tam pro anno presenti huius tertiedecime Indictionis ab eius principio numerando quam deinde in antea. quam diu in eodem officio fueris. vel usque ad nostre Maiestatis beneplacitum pro Curia nostra percipias et de pecunia inde provenienti. seu proventura tibi tam pro dicto anno presenti. quam deinde in antea. quolibet anno. quo in eisdem officiis fueris vel usque ad dictum beneplacitum nostrum statuta tibi gagia Unciarum auri decem et octo ponderis generalis sine aliqua diminutione retineas. Et Magistro Johanni de Symone phisico de predicta terra Putheoli statuto per nostram excellentiam noviter. super visitandis infirmis. domus hospitalis per Celsitudinem nostram fundate in eadem terra in loca ubi tripergule dicitur. nec non de consulendo et iudicando. eorum singulis balnea. Salutifera. convenientia morbo cuiuslibet eorumdem. alias uncias auri duodecim. eiusdem ponderis pro eodem anno presenti et deinde usque ad dictum beneplacitum nostrum sine aliqua diminutione ac difficultate persolvas. Sic tamen quod ipse Magister Johannes predictus infirmos cotidie visitare. consilium eis gratis inpendere. ac predicta balnea iudicare ut predicitur teneatur. Reliquum vero ipsius pecunie preceptori seu preposito ipsius domus hospitalis (1) exiberi procures convertendum per eum in Sustentationem infirmorum et ministrorum hospitalis ipsius. nec non pro tenendis in statu domibus hospitalis eiusdem. ac aliis faciendis. que in privilegio nostro de ipsius hospitalis dotatione indulto expressius continetur. Datum Neapoli per Magistros Rationales etc. Die XXVJ° novembris XIIJ° Indictionis.

---

(1) Fra Gio. di Bologna era il preposito dell' ospedale di S. Marta di Tripergole. Reg. suddetto fol. 72.

APPENDICE

Anno 1257. 9 Agosto. 15ª Indizione — Negli accampamenti presso Lagopesole.

Manfredi Principe di Taranto, balio di Corrado II nel Regno di Sicilia, dona il monastero di S. Stefano de Rivomaris con tutti i suoi vassalli e pertinenze all'abate ed al convento di S. Maria Arabona.

Archivio di Stato di Roma. Pergamene Fondo: « Convento dei Ss. Apostoli » (1).

✠ Anno Dominice Incarnationis Jesu Christi Millesimo Ducentesimo Quinquagesimo Septimo. Regnante Domino nostro Conrado. Secundo dei gratia Jerusalem et Sicilie Rege Magnifico mandante ac dominante pro eo in Regno Sicilie. Magnifico viro. Domino Manfrido dei gratia. Principe Tarentino Honoris Montis Sancti Angeli Domino. et eiusdem Domini nostri Regis in Regno Sicilie Balio generali feliciter. Die veneris Septimo Mensis Septembris prime Indictionis. Nos Laurentius Gualterii Manuppelli Judex. et Petrus Johannis puplicus trium Sanctorum et Manuppelli notarius In presentia subscriptorum testium ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum. Videlicet domini Johannis Archipresbiteri Manuppelli, Domini Landi Abbatis Sancti Petri de Valle bona, Notarii Rogerii de Rocca osentis. Domini Odderisii de planella. Andree de Rossano. Ardemandi de Torino. Siri Andree Domini Herrici de Cerno. Johannis de Marchia. Thomasij de Colle Petro. Mariconi de Lecto. Berardo Johannis Blanci. Dompni. Philippi. Dompni Pauli de popero. Dompni pauli de civitate Theatina. fratris Odderisii et fratris Nicolai de cansano. presenti scripto puplico declaramus. Quod cum de voluntate et mandato predicti Magnifici principis Domini nostri procederet. ut Monasterium Sancti Stephani de Rivo maris. cum tenimentis. vassallis. Justitiis. rationibus et pertinentiis suis omnibus. Venerabilis abbas. et Conventus Sancte Marie de Arabona pro parte ipsius Monasterii Sancte Marie de Arabona. deinceps teneatur et possideatur. et proinde. Illustri viro Domino Comiti Gualterio Manuppelli idem dominus noster princeps per suas sacras litteras dederit in mandatis. ut predictis Abbati et Conventui Sancte Marie de Arabona dictum monasterium Sancti Stephani cum vassallis. tenimentis. Justitiis. rationibus. et pertinentiis suis omnibus assignare deberet et faceret eis de fructibus et proventibus integre de cetero responderi. et eos assecurari a vassallis suis ipsis iuxta regni consuetudinem intendi ac responderi in omnibus quibus tenerentur et deberent ad honorem et fidelitatem predictorum nostrorum dominorum Regis et principis. Quas licteras oculata fide vidimus et inspeximus et de verbo ad verbum diligenter legimus sigillo cereo eiusdem domini nostri principis sigillatas et idem Sigillum plene vidimus et cognovimus. Quarum licterarum tenor per omnia talis erat. Manfredus divi Imperatoris Frederici filius dei gratia princeps Tarentinus Honoris Montis Sancti Angeli dominus et Illustris Regis Corradi secundi in Regno Sicilie Baiulus generalis. Nobili viro Gualterio de palearea Comiti Manuppelli

(1) Copia favoritami dal chiarissimo Comm. Errico de Paoli Soprintendente degli Archivi di Stato Romani.

dilecto fideli et familiari suo salutem et amorem sincerum. Cum velimus Venerabilem Abbatem et Conventum Sancte Marie de Arabona Monasterium Sancti Stephani de Rivomaris cum tenimentis. vassallis Justitiis. rationibus. ac pertinentiis suis. omnibus. pro parte dicti Monasterij de Arabona tenere deinceps et de gratia possidere. Devotioni tue firmiter iniungendo mandamus. quatenus dictis Abbati et Conventui de Arabona dictum Monasterium Sancti Stephani cum vassallis tenimentis. Justitiis. rationibus et pertinensiis (*sic*) suis in omnibus. debeas assignare. faciens eis de Fructibus et proventibus integre de cetero responderi et eos assecurari a vassallis ipsis iuxta regni consuetudinem intendi ac responderi in omnibus quibus tenentur et debent. ad honorem et fidelitatem domini Regis et nostrum. salvo servitio quod debetur Regie nostreque Curie de predictis. Data in campis prope lacumpensilem nono Augusti quintedecime Indictionis. Cumque dictus dominus Comes Gualterius affectaret dictum sacrum principale mandatum exequi reverenter. Mandavit domino Boamundo de lecto socio et familiari suo sibi in hac parte uicem suam commictens. Cum ipse dominus Comes non possit ad hoc personaliter interesse pluribus aliis regijs et principalibus servitiis occupatus ut una nobiscum et dictis testibus ad dictum Monasterium Sancti Stephani personaliter se conferret executurus loco et vice sui predictum sacrum principale mandatum. Cuius auctoritati mandati et ad petitionem et requisitionem dictorum Abbatis et conuentus Sancte Marie de Arabona quia sua intererat. Idem Dominus Boamundus de lecto una nobiscum et dictis testibus ad prefatum monasterium Sancti Sthephani et eius castra videlicet Torinum et Rocca Osentis. Se personaliter contulit et idem Monasterium Sancti Stephani cum vassallis. tenimentis. Justitiis. rationibus. et pertinensiis *sic* suis omnibus. predictis Abbatī et conuentui Sancte Marie de Arabona iuxta predictum factum principale mandatum. nec non et mandatum predicti domini Comitis Gualterii sibi perinde factum. assignavit tradidit eesque exinde in corporalem possessionem induxit et fecit eosdem Abbatem et conuentum assecurari ad hominibus dictorum castrorum Torini et Rocce osentis. vassallis eius Ecclesie sancti stephani prestitis ab eis corporalibus sacramentis. ut de cetero ad honorem et fidelitatem predictorum dominorum Regis et principis dictis Abbati et conventui Sancte Marie de Arabona intendere et respondere debeant in omnibus quibus tenentur et debent. salvo servitio debito regie et principali Curie predicte. ad cuius quidem rei memoriam et predicti Monasterii Sancte Marie de Arabona perpetuam firmitatem. presens inde publicum Instrumentum per manus mei predicti petri Notarii rogaverunt fieri. et subscriptionibus mei predicti Laurentii Judicis ac predictorum testium premuniri. Consensientibus predicto domino Boamundo. Abbate et Conuentu in nos tamquam in suos Judicem et Notarium cum scirent nos suos Judicem et Notarium in hac parte non esse Quod instrumentum. Ego qui supra petrus puplicus trium sanctorum et Manuppllelli (*sic*) Notarius scripsi et feci ac meo signo solito consignavi.

INDICI

INDICE DEI SOMMARII

INDICE DEI NOMI

DELLE PERSONE NOMINATE IN QUESTO VOLUME

INDICE DEI COGNOMI

DELLE PERSONE NOMINATE IN QUESTO VOLUME

INDICE

de' Sovrani, Pontefici, Principi ed altri illustri personaggi notati in questo volume.

INDICE TOPOGRAFICO

De' Regni, Province, Città, Terre, Castelli, Luoghi ecc.

nominati in questo volume.

INDICE DELLE COSE NOTABILI

ERRORI			CORREZIONI
Pag.	verso		
5	25	Syracurarum	Syracusarum
7	6	seconda colonna des	deo
8	30	intervenientibus	inservientibus
11	32	festis	fortis
14	4	cum	sante
15	17	stcut	sicut
18	17	ana	anc
21	27	solus	salus
22	10	tarsta	tarsia
24	23	mundine	nundine
26	12	nolentes	volentes
26	20	nam	non
27	20	esset	emeret
29	23	fulmine	flumine
29	36	dominum	dominium
30	13	nos	vos
34	34	Roma	Boiano
35	30	Arca	ana
36	10	expresse	expense
36	12	Rome	Boiani
37	6	equi	et cuius
39	10	statium	statim
39	41	literis	litoris
46	9	accusatoribus	accusationibus
47	36	potentie	protectione
50	29	accolitum	abolitum
62	1	Anno 1892	Anno 1292
62	5	Registro Angioino 1292-1293 A n. 75 fol. 34.	Registro Angioino 1292-1293. A. n. 61. fol. 34. Questo foglio ora manca nel Registro, restando le orme della mutilazione col solo richiamo al poco margine interno della pergamena risparmiato dall'affilato temperino mutilatore, nel quale margine leggesi solamente il nome di Bartolommeo di Capua.
62	16	alio	filio
62	18	innuam	ianuam
62	23	Hino	Hinc
62	32	Hulli	Nulli
63	25	sucta	scuta
64	12	admicta	adiuncto
67	31	Registro 1294 M. n. 70 o 71	Registro 1294. M. n. 71
71	31	quanam	qui antea
72	17	iuvant	vivant
73	21	idcirco	sicut
73	40	nullo	multo
74	1	nobit	nobis
74	12	Quia	Qui
74	26	orthodosis in Christianos	orthodosis aut in Christianos
75	17	vel	vos
79	8	applicantur	explicantur
80	18	etiam	erit
35	6	intentum	interitum
89	14	sive	sine
91	16	propria	propter
91	32	presentanti volumus	presentanti restitui volumus